a 3.
r 3.
a 4
r 4







MELETÆ POMERIDIANÆ

FRANCISCI RVGERII

Cong^is. Somaschensis Sacerdotis

Sacræ Theologiæ

Professoris

ad Ill.mu et R.mu D. Laurentiu de

Maximis Protonotarium Apostolicum et Canonicum

Ecclesiæ lateranensis

Portionarium

in Vrbe.

Bianc fec.



Ill.mo & Reu.mo

LAVRENTIO
DE MAXIMIS

Protonotario Apostolico,

Et Canonico Lateranensi Portionario.



Franciscus Rugerius.
P. S.



*Q*VOD *Amplitudini tuæ, Illustriss. Laurenti, Musam meam è Parnassi syluis emergere cupientem deuoueam, non tàm electionis est animi te impensè colentis mei, quàm ipsius*

Musæ te ardenter amantis. Vel enim latere, sibiq; soli cecinisse satis habebat, & mihi; vel, si egressa parnaßijs tesquis, vbi amico in otio pomeridianæ horæ, quo me recrearet grauioribus studijs defessum, hæc carmina emodulata erat, audiri ab alijs debebat, vt lauream qualemcumque reciperet, te Apollinem suum flagrantissimè semper exoptauit. Quid amorem in te suum excitarit, non est cur quæras. Probè nosti in maximos heroas, æstro concitari solitas Musas: cum vero inter nobilissimæ familiæ tuæ MAXIMOS *virtutis, & gloriæ Principes non solum* MAXIMVS *emineas, nobilitatemq. clarissimam maiorum illustres, sed inter Romanos etiam omnes proceres augustissimus effulgeas; quid mirum, si me in cliētelam seruitutis tuæ receptum ipsa etiam Musa, nobilitatem*

fa-

familiæ, & virtutes animi tui demirata, te vnum elegerit, quem præ cæteris & coleret, & amaret? Hæc primum te liberalibus disciplinis, & bonis artibus præclare adolescentem ad gloriam, Romæ cum essem, adamauit; tum Summi Pontificis Pauli Quinti intimum cubiculo præfectum coluit; nunc vero sacræ Lateranensis Ecclesiæ Canonicum Portionarium & Protonotarium Apostolicum veneratur, animiq. non incerto præsagio, Hyacinthinã, & purpuream caussiam tuis crinibus anticipat. Sed enim candidi animi tui mores, ingenuitas, excelsitas, vrbanitas, comitas, humanitas, ...ua & officijs, & beneficijs, quemque ti... deuinctissimum reddis, ad amandum ..., ad colendum vel inuitam per... ...citum illud Platonis de amore ...; in floribus vitam agere:

Musas æquè vernantibus in locis aprícari solitas nemo non nescit. Itaque & amori meo, & Musæ amænissimo animi tui viridario miris virtutum floribus præculto conquiescendum fuit. Mecænates, quibus Midæ sunt aures, recusat; amat Cæsares, vel si solum Apollines; A Laurentio satis ampla laurea se coronatam celebrabit, si æquè cara fuerit, ac candidam se dicat, & sacrat. Vale.



D. Mauritius de Domis Præpositus Generalis Cler. Reg. Congregationis Somaschæ, & Doctrinæ Christianæ in Gallia.

Cum duo nostræ Congregationis Theologi, quibus librum carminum à Reu. Patre D. Francisco Rugerio Congregationis nostræ Sacerdote Theologo compositum, cui titulus est MELETÆ POMERIDIANÆ, recognoscendum imposuimus, dignum prælo censuerint; Nos eidem Patri facultatem concedimus, vt imprimendum curet seruatis seruandis. In quorum fidem &c. Dat. Mediolani in Collegio S. Mariæ Secretæ die 15. Octobris 1626.

D. Mauritius de Domis Præpositus Generalis.

D. Bartholomæus de Tiberijs Secretarius.

Imprimatur.

Fr. Paulus Maria Ritius de Garrexio Lector Theologus Prouic. S. Officij Mediolani.

Fr. Al. Bariola Augustinianus Consultor S. Offitij, pro Illustriss. D. Cardinali Archiepiscopo.

Vidit Saccus, pro Excell. Senatu.

VILLA ALBANA PLATORVM QVAM FLAMMINIVS CARDINALIS PLATVS EXTRVXIT

Abbas Nicolaus Comes Nepos Magnificentissime exornauit.

Carmine heroico descripta.

Dvcor in Albanos colles, gratissima cantu
Per loca, fœcũdis vinetaq. culta racemis.
Hic Bacchi, sæuiq; furentia prælia Martis
Dicere, Musa, para: memores firmata Nepote
Fœdera Atlantæo: Faunos, Satyrosq; furentes.
Sed quis me sistet nemorosi in vertice Pindi,
Pegaseis, vel fontis aquis: vt, diuite vena,
Carmina apollineo depromam percitus œstro?
Tu me, Nicolae, adduces super ardua montis,
Magne Comes, iuga tu Parnassi florida pandes,
Hypocrenęos mihi, largo [illegible] fontes.
Scilicet aspirat Vatis nou[illegible] menti,
Delicijs fœcunda soli tu[illegible] ibri
Albanos omnes inter m[illegible] olle;
[illegible] decus Vrbis,
[illegible]

Afferat, immani gliscens violentior ira,
Iudicio Diuum damnatus crimine Mauors,
Neptunoq; stetisse dolens subsellia cœlo,
Frenduit, impatiens conceptum corde dolorem
Destinat vlcisci: Caræ, mea pignora, natæ
Scilicet impunis iuste Hallitrotius, inquit,
Virgineum temerare thorum, violentus & ausit
Alcippes violare sinum? patietur inultus
Dedecus hoc Genitor scelerato sanguine pœnas
Pendere nec potuit sceleris Neptunia proles?
His stimulans pectus dictis, exasperat iras:
Flammea turbata scintillant lumina fronte,
Fulmineas iaculata faces, visiq; cometes
Exardere oculis, it toto flammeus ore
Ignis, & ardentes pectus diuerberat auras.
Immanem quassans hastam componere currum
Imperat aurigam, diram lituoq; phalangem
Horrifico acciri, bellantumq; agmina Diuum;
Ilicet eductos stabulo, temone iugales
Coniunxit Bellona ferox; hi fræna remordent
Horrida, ferales eiectant naribus ignes,
Et Pauor, & Terror; duro flammescit ab vngue,
Horrendumq. excussa sonat sub pondere tellus.
Aegide contextus sæua, solidaq; trilici.
(Idaliæ donum Diuæ, quam Lemnius ære
Cuderat, immanis depicto Gorgonis ore)
Protinus ascendit currum Gradiuus ahenum.
Excelso capiti cristatus fulgurat olli
Magnus apex galeæ; funestam dextera quassat
Hastam, fulmineæ sustentat pondera parmæ
Læua, laborato circtusq; vmbone nitescit.
Peltata hinc inde & circumstant agmina currum
Bellantum Diuum; nutrix Discordia belli
Sanguineos crines, nigrantem lurida pallam,
Torua truces oculos, furibundum turbida pectus.
Sæuum Orgæa minans, & Dismenecia rabo
Pectora

Pectora fœda gerens; dirum Apeneia ferrum
Exertans; sacris & nescia soluere pactam
Aris dura fidem periuro Apistia corde;
Effera, & immitis rigido Inclementia vultu;
Et Diuis inuisa bonis Epiorchia, miris
Fallere docta modis homines, fraudesq; Doliq;
Dux inter primos ibat sed maximus omnes
Ingenio vafer, varius STRATAGEMA, dolosa
Mente sagax, animo duplex, illudere doctus
Hostes, hic vnus fidusq; hic Martis achates
Turba minor pone insequitur, tamen ordine nullo,
It confusa phalanx, miscetur & vndique vulgus;
Anguineas incompta comas, feralis Erinnis,
Et Phlegetonteæ secum, diræq; sorores.
Iam lituis excita ferox Bellona flagellans
Horrificos vrgebat equos, curruq; rotato
Mandatum relegebat iter; cum proxima latè
Aspiciens arua Ausoniæ, fœcundaq; Mauors
Littora, currentes iussit retinere iugales.
Aurigam, culto quà surgunt vertice colles
Albani: his nomen fecit tum nobilis Alba,
Vrbs antiqua, potens, magnus quam condidit Heros
Aeneades Troia profugus, cum constitit aruis
Hesperiæ, & magnæ posuit cunabula Romæ.
Hic Bacchus sedem domitis defixerat Indis;
Fœcundum nam vite solum, spumatq; falerno,
Et Thasio sudat feruens vindemia musto:
Purpureis botris, niueis & pressa racemis
Pucina vina fluunt gratum redolentia odorem;
Vel si hilarē haud fundat Nepenthem pectore potor
Mœrorem pellit, facundoq; ore disertus
Fracta mero sentit clausæ retinacula linguæ,
Cordis secretos quæ condere nescia sensus,
Hosti etiam pateras inter vel libera promit;
Feruere quin cernes pleno in cratere meratos,
Diuidulis latices intus fluitareque guttis.

Fragrans

Fragrant vina rosa, tenuiq; salubria nardo,
Sinceroque oculos feriunt matura colore:
Se in venas hausta effundunt, calidosq; per artus,
Et reuocant corde effugientem grata vigorem.
Fama est Albanis pateris immergere suadam
Aspergilla (fides nec vana est credita priscis)
Illa excussa mero mutis rorantia labris
Facundi eloquij secretas indere vires.
Vitis pampineis se tollit plurima ramis,
Inter sublimis platanos fœcunda virentes
Vndiq; se pandens lasciuo vimine serpit,
Brachia protendit, veluti complexa maritum,
Reddita fertilior florenti hinc cortice gemmat,
Atq; frequens onerat ramos viridantibus vuis.
Hinc spectare libet lętos certo ordine colles
Arboribus florere noui sub tempora veris,
Iunctæ circumdant grauidæ quas nectare vites:
Non lege incerta, in seriem sed culta per arua
Hæ positæ, quincunce velut distantia seruant
Interualla, virent adiunctis vitibus vsque,
Exertant niueos sinuosa & bracchia botros:
Omnigena hic floret vernanti vimine vitis
Quælibet & turget ramis viridantibus vua.
Fœta viret dulci, gratoq; Apronia succo,
Stica, Cynacanthe, Heluola, Aminea, Bella racem
Et Cesanensis, botro Procacina pulchro,
Albocarina nitens, mulcet quæ grata palatum.
Inuida sed magno Tethys cristallina monte
Marmora per rigua emanans hic plurima præc
lstituit delapsa lacum; speciosius illo
ere nil potuit, vitreis & labilis vndis,
& varijs fœtus, spectabilis alueo
scosis herbis redolentia lamb
iucundus verbere pulsa
r, sceptrumq; teneba
post Orbe lab

Gratior est tellus visa, aut mage commoda Baccho.
Alma Ceres multo cumulatam munere ditat:
Quin etiam, varioq; facit florere decore:
Vix fœcundus ager prolcissus vomere reddit,
Semina, quæ parca commisit agricola palma;
Ditior insolitas adolescere fœnore messes
Gaudet, & optato fœtu reuirescere aristas:
Incola fœcundo renitere noualia cultu!
Delicijs diues tellus; gratissima cœli
Temperies quam sponte beat; non noxia nimbis,
Non vexata Noto, sentit vix flamina Cauri:
Sæpius at recreat genialis & aura Fauonij.
Nebrida contectus gemmis, hederaq; comantes
Incinctus crines hic culta per arua currum
Liber agit, secum Satyri, Faunique; procaces,
Mænades incomptæ crines per amœna vagantur
Arbuta bacchantes, implentq; vlulatibus auras.
Lætior hic spectat curru Trieterica ab alto
Interdum Bacchus cinctus furialibus armis,
Ostentans lateri magnum cratera sinistro.
Iucundum sacrum, sed & orgia læta quotannis
Non ita, quæ Bromio Phænicia prima litasse
Dicitur, & magnos Diuo instituisse triumphos,
Læta vnquam Patri libauit pocula Baccho,
Albana vt tellus: Hic lætior ille triumphat,
Hic pateræ spumant; hic grandia pocula feruent;
De vasto sæpe exhausit calpare meracos
Potator latices, se multo & proluit haustu;
Dum sacra libantur, vinoq; altaria fumant.
Seu Lenæa iuuet, tremula Luscinia voce
Cum secum varios argutat gutture cantus
Vere nouo, florente rosa, qua sacra coronant
Pocula, vt effundant gratum fragrantia odorem.
Siue Epilenæa, vuis cum se vinea fœtis
Ostendit, plataniq; gemunt sub pondere vitis,
Iam matura cadis expressas eliquat vndas

Vua,

Vua, terit plantis, quam lætus vinitor vdis.
Stant aras circum pueri dum liba litantur,
Sertaq; pampineis exornant tempora ramis;
Lignea pars longis nodat vincilia thyrsis,
Pars implent cratera mero, lætiq; propinant
Libantes Bromio, & bacchantes carmina cantant.
Hos spectare libet redimitos tempora vittis
Tundere saltantes resonantia tympana fuste,
Mollia sistra alij genialia nablia vertunt,
Multiforesve tubæ resonant, caua tibia buxo
Sibilat, imparibus septem simul acta cicutis
Fistula, quæque hilari & genio sunt cōmoda cantu,
Hi choreas ducunt; hi risu, & scommate acerbo
Quéq; petunt, varijs proflant quęq; obuia sannis.
Dat libertatem Bacchus; mentita cauatis
Oraq; corticibus, quæ sumunt horrida formis.
Talia dum multo feruet vindemia musto
Festa dicant, inter festiuus ludit ouantes
Ipse meriq; sator magnum cratera ministrans.
Nulla sed Albano cessant libamina colle
Sacra Deo; gaudet quid quid decreuerit vsquam
Lætius hic fieri; peragunt Apaturia, Bacche,
Hic tibi namque alacres, libant Canaphoria, libant
Ambrosia, Ascolia, & multo Pithoegia vino.
Mollibus his igitur traducens otia ludis
Albanos inter vini Pater almus oberrat;
Posthabita gaudetq; Rhedo; sit copia quamuis
Hic etiam Diuo generosi magna Lyæi
Despicit & Lesbum, iactet vel sola falernum,
Fœcunda de vite merum, sudare meracum;
Non vineta cupit Dictæa feracia Liber,
Siccula, Parthenope vel quæ pulcherrima vernis
Culta iugis effert: referunt Albana triumphum,
Hæc colit, hæc alijs præsenti numine præfert.
Protinus at sensit profugi feralia Martis
Arma per Albanos colles rutilare, furorem

Concipit insolitum, bacchatur Bacchus & œstro;
Vsq; adeo tristi turbari gaudia Diuo
Cœpta timet: Nostris ergo consistere regnis
Ausit, ait, Diuum spretor? quem nulla maritum
Agnoscit formosa Nurus, coniunctus & vlli
Nescius esse thoro, turpat genialia lecti
Gaudia, fœdabit nostras impurior oras?
Ilia præstantes inter speciosa puellas;
Altera ceu nymphas inter formosa Dione;
Virgineo cultu florens, pudibunda Virago,
Inclyta dotalem decorabat grandior Albam;
Nulli sponsa proco, castæ deuotaq; Vestæ
Furta Dioneæ spernebat dulcia Diuæ;
Ora Deæ similis; cultu speciosior vlla
Nusquam Virgo fuit; visa hac, spreuisset Apelles
Tota Asia pulchras quæsitas ore puellas.
Cirratus crinis capiti, color aureus illi
Fulgurat, & radijs veluti diuentilat aureis;
Lumina scintillant spatiosæ è margine frontis,
Dixeris vt geminos oculis rutilare pyropos;
Sylua supercilij formosam circinat Irim,
Quam miro Diuæ Charites sparsere lepore,
Hic insistit amor telis pharetratus acerbis,
Subdolus incautos arcu collimat amantes;
Sed pestana, genis errare licentius audens,
Lilia purpureo decorat rosa pulchra colore,
Rubra nitent ori, breuibusq; corallia labris;
Quæ Pitho mellifluo sparsit diffusa lepore;
Dum loquitur dulci sonitu corda eliquat illa,
Et quot verba sonant, tot fixa & spicula sentit
Auditor, cum rastra videt pulchro ordine eburnei
Dentis, & è roseis gelasinum surgere malis;
Gutture quin tereti splendescunt lactea colla:
Formosam faciem species procera venustat,
Regia maiestas diuinum spirat & ore;
Tota lepos, & tota Charis veneranda pudore

Virgineo imitat, retrahit reuerentia amantes:
Heu miseri Numitoris erat spes vna futuræ
Prolis, & excelsi generis vel sola superstes:
Sacra Deæ vestæ: Baccho sed carior vni.
Haud ignota timet: Gradiui nota libido
Sat Bromio. Hunc procul Albanis depellere curat
Ocyus ergo iugis: Syluanos imperat inter
Acciri Faunos horrentem protinus Ormum.
Hoc nemo horridior, liuentibus asperat ora
Luminibus, toruisq; minax circumspicit hirquis.
Tempora fœda cauis, setosis horrida cirris
Tristes obducunt nubes contermina fronti
Angustæ, imparili quæ surgens margine, vtrinque
Exerit intortos inter fera cornua crines;
Compressi & patuli proflant male olentia nares
Flamina, & impuros exudant tabe liquores:
Vtraq; mala rugis deformis arata profundis
Efferat horrificam faciem, spatiosior vna
Prominet, vmbrosæ atq; instar iacet altera vallis:
Labra tument: amplo nigros exertat hiatu
Dentes: sub mento villis imitatur & hircum:
Plurima syluescit deformi in pectore seta:
Membra feræ: rigidi sunt cætera monstri.
Brissæo festinus adest ergo ocyus Ormus,
Inq; modum thyrsi prægrandem sustinet alnum.
Olli tum Bacchus, celer i, mea dicta superbo
Affer Mauorti; Albana decedere sede
Te mandat Bromius, iucundum sola Bimatrem
Scilicet Alba colit, comites & Numina Panas.
Hæc lusus, non arma vocat quæ vitis apricat
Collibus & dulci reuirescit plurima fœtu.
Vix ea fatus erat, properat cum nuncius Ormus,
Gradiuum longa quærens ambage viarum.
Hic forte vmbrosæ consederat agmine ripæ,
Gurgite quà leni refluens admurmurat vnda
Effusi speciosa lacus, gratoq; susurro

Allicit ad placidam defessum blanda quietem.
Naiades hanc voluere sacram, voluere Napeæ:
Vsibus haud tentat quisquam temerare profanis.
Hùc haustura venit vestalis purior vndas,
Rhea huc pro sacris vultu pulcherrima Virgo
Sæpe venit factura Deæ mundissima sacrum.
Illa venit, pulchræ ripa Theronis alumnus
Dum sedet, & sæuam meditatur pectore cædem,
Bella animoq; ciet; blando lectissima passu,
Nescia pugnacis turbæ properauerat vrnam
Candidulos nudata pedes immergere lymphis.
Vt videt hanc Mauors insano protinus igne
Liquitur, & toto ferientis spicula amoris
Pectore concipiens, sensit perrepere flammam
Corde, potens omnes quæ pascitur aucta medullas;
Saucius impatiens ignis noua bella volutat
Idaliæ Diuæ, sola arma Cupidinis ardet.
Ilia sed lento remeabat candida passu,
Atq; vrna referebat aquam; cum Pusio somnus
Assuetus iuxta florentes ludere ripas
Fluminis, herbosos tumulos vbi plurima opacat
Alnus, iucunda zephirusq; adsibilat aura,
Virginis occurrens ori ter rore madentem
Lethęo virgam excussit, grauida illa sopore
Lumina vix tollens, iam iamq; natantia somno
Ibat; non longe insequitur vestigia Mauors,
Obseruatq; viam: Platani mox Ilia ad vmbram
Fessa pede, at grauiùs defessa aspergine Diui,
Florida virgineos per gramina strauerat artus;
Iamq; leuem niueo proflabat pectore somnum.
Dulcem Gradiuus sistens furatur amorem
Luminibus, gratæ miratur virginis ora,
Pectore dum lenes alternat anhelitus auras
Ah tibi sed Mauors cupido sunt ignea cordi
Flamina. Acidalios tot pectore ventilat ignes,
Quot dulces spirant auræ. Quò Musa canentem

Eripis? An Martis seruat noua gaudia Cirrha?
Sat summis incisa iugis Heliconis Apollo
Martis furta legi sero voluit ne Quiriti?
Nosceret vnde genus clarum, quo martia proles
Romulidum bellis totum compescuit orbem:
Belligeram gemino fœtu dabit Ilia gentem
Illo excita graui nam facta puerpera somno.
Cuncta sed vmbroso spectarunt cespite Fauni
Bryssæi præmissa phalanx, quin nuncius Ormus
Vidit, succensaq; fremens incanduit ira.
Nil cunctatus abit, Bacchum responsa morantem
Furta docet Martis. Cessas iam Bacche quid vltra
Viribus Albana sæuum depellere sede?
Ormus ait; redeo non nuncius; (impia Martis
Facta vetant) redeo fœdi spectator Amoris.
Iam regnat Mauors & totam incestibus oram
Albæ funestat; reducem te florida Naxos,
Bacche, manet: caræ Nutricis dulcia Nisæ
Iam iuga te profugum latiali sede morantur;
Albano vel pelle solo: fidentior audes
Trudere quin demum maiori numine Martem?
Criminis atq; vltro iustas deposcere pœnas?
Res facilis factu; fessus iacet ille virenti,
Herbosoq; thoro resupino corpore torpens;
Palantes pascuntur equi; Bellona natatu
Candida per vitreas exercet brachia lymphas,
Luxuriatq; lacu, hinc, illinc Mauortia turba
Semisopita iacens longè cunctatur Amantem.
Nullus in excubijs: composito ergo agmine perge;
Improuisus eris, validos euadere thyrsos,
Sat vitare fuga Bacchi potis ille furorem.
Dixit, & elata concussit cornua palma.
Infremuit temulēta cohors, iam tympana pulsant
Mænades: exacuunt ærata cuspide thyrsos
Fauni, tela parant satyri, Bacchæq. furentes
Aptauere faces; stimulis Bryssæus adactis

Conceptas ante,his auditis,asperat iras,
Imperat & pugnam: stat firma mente repostum,
Collibus Albanis, latioq; extrudere Martem.
Pantheræ exuuijs tectus, crinesq; comantes
Pampineo cinctus serto conscendere currum
Approperat, duris lynces dant ora lupatis,
Immanesq; feræ longo stant ordine circum,
Ora truces spiris obuallant agmine Bacchum.
At primos inter Genius comes ibat Heratus,
Omnibus & satyris vultu truculentior Euan.
Ponè sequebantur montana & numina Panes
Prima phalanx belli, dextro sed turbida cornu
Faunorum stant densa manus, satyrisq; sinistro
Plurimus armatus telis, stipantq; cohortes
Terga Dionysij silenorum,agmine facto.
At binas Titiri cingunt exercitus alas,
Ingentesq; gerunt peracuta cuspide contos.
Hos inter niueas præpinguis nuda papillas
Prouida pergebat, centum calparibus,Ino:
Iucunda Autonoen cereali munere plena
Mille canistra ferens; Agauen lætissima vultu
Multo sudantes salso abdomine pernas
Dulcis habens sequitur secum irritamina vini;
Tantus amor Bacchi, studiumq; Bimatris alumni.
Sed furibunda volat campo Mimallon aperto,
Hac,illac Tylades incomptis crinibus errant,
Mænades & magnis geminantes vocibus euoe.
Naiades has ponè,& veniunt pulcherrima turba:
Post omnes, vultu graciles pulchræq. Napeę.
Classica sed cecinit rauco vix Oinosis ære,
Tympana pulsa sonant, totus fremuitq; furentum
Murmure confuso percussus personat æther.
At prius exhausit plenum Semeleia proles
Ter cratera mero,seq; illo concitat œstro,
Addidit & ternis ingentia pocula septem;
Hoc Ducis exemplo Faunorum cætera turba

Bellatura phalanx vino se proluit omnis,
Et stimulos addit, stimulisq; excita furorem
Ebibit insolitum, ad pugnam seq; incitat vltro.
Magna volant castris casparia plena meraco,
Itq; reditq; manus persæpe exhaustus in omnes
Congius, & totus feruet sextarius aruis.
Vt caluere mero furiosis protinus armis
Castra mouent; Gradiuũ & contra tendere pergũt.
Qualis caprarum fœcunda ad pascua pastor
Agmen cum ducit, passim dispersus oberrat
Grex, certumq; locum nescit seruare sequentis,
Sed cupido illa celer carpit fastigia morsu
Herbæ florentis; saltu se surripit illa;
Altera stat pendens summi de vertice saxi;
Collidunt aliæ tundentes cornua fronte.
Haud secus & vino feruens exercitus ibat
Bacchanti similis Bacchi, nec signa morantur,
Ordine se certo haud norunt, vel parte tueri.
At postquam ventum quò fessus dulcia Mauors
Somnia carpebat viridi sub tegmine quercus;
Consistunt acies: Tyladum furiosior Anun
Prima iacit valido contortum missile nisu,
Euolat; at vano decussum insibilat ictu
Auribus extremis Martis, celerique susurro,
Excitat ardentem placida inter somnia pugnas.
Vt vigil erectus stetit, vt circumspicit agmen
Bacchantum: incompto furiosaque tympana pulsu
Ingrato obstrepuere sono, versasque Bimatris
Stare acies cernit, gliscit violentior ira
Pectore, & infrendens ingentem protinus hastam
Arripit; At contra vix tollit flammeus ore,
Cum temulenta phalanx, viso perterrita Marte,
Turpi terga fuga confuso vertere cursu
Incipit, huc, illuc effusa per auia saltans,
Confulit atq; sibi quisquis; Eryssæus & ipse
Palantes cernens acies, cuncta agmina Marti
Instanti

Instanti dare terga Deo, temone iugales
Incitat obuerso timidus, crebroq; flagellat
Verbere, diffugiensq; celer compendia quærit
Certa viæ, horribilesque vrget per deuia lynces.
Haud tamen irato Marti deferbuit ignis,
Audaces punire vltro meditatur & orsus.
Iam Bellona ferox confusæ murmura turbæ
Audierat, subito accurrens cum prompta comantes
Iungit equos: crebris feriunt hinnitibus auras
Illi, concutiuntq; iubas, & fræna remordent
Ardentes pugnam, signo resonantis & æris
Sub vexilla ruunt atq; agmina cætera, cædem
Dira mente coquunt, frendunt, & prælia poscunt.
Forte lacessitus qualis cum cornua taurus
Librata ceruice rotat, violentus in hostem
Irruit, & campo fertur furibundus aperto;
Non aliter Mauors fugientum terga sequutus
Fulminis instar abit, vibrato & fulgurat ense;
Plurimus hic primo Faunus prosternitur ictu;
Vilis turba iacet, setoso pectore Silen,
Ex imo duræ volitare per aera frontis
Cornua vulsa videt, pauitans terraq. supinus
Gradiui celerem iugulo vix effugit ensem,
Namq; volat, crebro flammas collisus, & inter
Tempora cornuto scindit dum vertice colla
Excutit, & magnum satyrorum sternit aceruum.
Heu Graulene iaces syluarum gloria, Daune
Magne cadis, celso tuq; inter nomine Panas
Doctus septenis cantum variare cicutis
Sterneris Orfentes, docuit quem Marsia dulcem
Flexibus, & miris modulis inflectere vocem,
Marsia qui cantu, plectroq; lacessere Phœbum
Ausus, nudata heu sensit temeraria pelle
Consilia: hoc etiam Corbantes sternitur ictu:
Insano dudum deceptus amore Coriscæ
Arcadiam fugiens ad syluas venerat Albæ



Cæditur Olmanus, transfixus gutture Capton
Euomit immistum vino fœdo ore cruorem;
Sic furit iratus, fugientia & agmina Mauors
Sternit; cum cælo velox pernicibus alis
Tutilina volat, genibus refoluta Tonantis
Sic supplex illum lacrymis affatur obortis.
Ergo ne supremo solum despectior Albæ
Tutilina Ioui? fugiet Bryssæus & vltro,
Collibus Albanis, latialibus exulet oris,
Diuum conniuente Patre, ergo deseret arua
Fertilis Hesperiæ? Non arma furentia Martis
Cernis? me miseram, campis sterilescet arista
Ergo meis? vite & fœta viduabitur arbor?
Rusticus an diros vertetur vomer in enses?
Et trifidum hostilis mutabit lancea rastrum?
Martius aut sonipes concusso proteret vngue
Num sata, florenti sternetque noualia colle?
Quod manet inuisum fatum? mœrebo virenti
Nunc viduata solo? insultet nunc æmula Naxos?
Rideat & magnis Eucarpia victa racemis,
Quando meis Bacchus cultus benè pellitur agris,
Sola mihi restant & inania nomina Diuæ.
Annuit oranti, deflexo Iuppiter aureo
Sceptro, vltraque vetat conantem plura precari.
Protinus & iussus Cyllenius astitit alis:
I, dixit, celeres molire per æthera pennas,
Albanis & siste iugis; compesce furentem
Martem, Bryssæo concordi, & fœdere iunge;
Dixerat; is niueis aptans talaria plantis
Præcipitat cælo gressus, atq; affuit aruis,
Horridus in Bacchum Mauors vbi fulminat ense:
Iam multis cæsis campo volat acer aperto
Palantes mactans, ipsum penetrauerat agmen
Horribilisq; feræ. mucronis fulmine lynces
Fræna recusantès pauidæ temone relapsæ
Effugiunt, Dominum cogunt & sistere currus.

Iamq;



Iamq; propinquabat Mauors, iugulumq; petebat,
Fraxineam librans hastam, Cyllenius aurea
Cum virga accurrens vibrantis comprimit ictum;
Et placidum fudit dictis per corda leporem,
Atq; ait, & qui nam tantus furor impulit, armis
Decertare Deos? furijs agitatus acerbis
In Bacchum sæuit Mauors? Bryssæus & armat
In Martem Faunos? poteris defesse labore
Instaurare nouis post prælia viribus artus
Qui Gradiue tuos? grato si bella Lyæo
Dira moues? stabunt qui culta noualia campis
Florida & expandent grauidos vineta racemos,
Bacche, nisi Martis tuteatur adorea colles,
Culta quibus multa florescit vinea vite?
Iungite concordes dextras; æque Itala tellus
Martia corda ferat, populisque subactis
Imperet, & Cereri, & Baccho sua dedicet arua.
Aequa sit Albanæ generosæ & gloria gentis,
Et mares animos, & fortia pectora bello,
Aeneadum peperisse genus, caræ otia pacis
Vitiferis coluisse iugis, par numen vtrinque;
Illud Martis erit; Proles semeleia colle
Regnet; fœcundis lætetur vitibus Alba.
Subrisit Mauors, furiosaq; pectora mulcens
Bryssæum placidus venientem amplectitur vlnis.
Sole sed occiduo iam cœperat Hesperus vdos
Ducere equos stabulo saturos, currumq; nitentem,
Sollicitus noctis Reginæ aptauerat almæ,
Tum Maia genitus tecto genialis amici
(Inter mortales quando versarier Albę
Nocte places) suetus saliari ludere cœna,
Inuitat comites solita ad conuiuia Martem,
Et Bacchum: haud renuunt, & ponè sequũtur euntē.
Est locus aereo monti conterminus Albæ,
Quem vaga planities, spatiosoque area campo
Grata beat, cultusq. situ supereminet alto.

Ast in conspectu spatiosum sternitur æquor,
Aurea defessus qua Phœbus fræna relaxat
Clarus equis, caræ lucem ceditq. sorori;
Hinc gratæ spirant, ardet dum sirius, auræ;
Atq; Apeliotes demulcet flamine cœlum,
Sæpius & zephiri volitantia flabra susurrant;
Frigidus aduerso quamuis se turbine Caurus
Efferat, & rigidus torpentes terreat artus,
Sæuit hyems quando borealis tempore brumæ.
Carus Mercurio hic mundas extruxerat ædes
Alcinoiq; pares cultu plantauerat hortos
Ellogimus, prædiues agris, sed ditior vno
Ingenio, doctus callebat Palladis artes,
Mente, animoq. sagax, oris cui viuida virtus
Indiderat nomen, totaq; illustrior Alba
Nullus erat, nec Mercurio dilectior vllus;
Istius ergo intrant Diui genialia tecta:
Nota Deum facies, his visis, lætus at ipse,
Poplite deflexo venientia numina adorat.
Tota domus fremuit, famuliq; ad pensa vocati,
Expediunt alij pateras, mantilia ponunt,
Pars solitis flammis adolet studiosa penates;
Instruit illa penum, dapibus sed multa parandis
Turba vacat, positas redolentibus altera mensas
Floribus exornat, varia hæc bellaria ponit,
Atque in frusta secat decocta tomacula lance.
Protinus at iussi rorantia pocula vino
Ferre Deis, hyalum variato schemate pictum
Ingentem, viso Bromio, famulique tulere.
Illæsum seruat centenis amplius annis
Hunc Dominus, primo & dum torcularia musto
Vda calent, Baccho famulorum turba propinat;
Hunc solum, nullumq; alium seruatur in vsum.
Arripit extemplo Bromius, cupidusq; bibendi
Admouit labris, pleno libauit & haustu.
Inter at hospitibus saliaris cœna paratur

Frondenti subter multa topiaria vite
Consedere Dij, zephiri mulcentia pectus
Flamina dum spirant, & molliter herba susurro
Mota strepit, sonitu & dulci diuerberat aures;
Vnà Herus, & varijs fallunt sermonibus horam.
Expedit hic Hermes diæ præsagia mentis,
Sero facundus sæclo venientia pandit
Fata loquens, imiq; aperit penetralia olympi.
O Baccho felix tellus, non vltima colle
Vina dabis, dicit, sudabunt nectara vites
Olim, quin poteris botros traducere Creta;
Quæq; alij ostentant & vina meracula colles
Sola feres, surget vitis maluatica cælo
Albano, Verdæa, virens Trebulana racemo,
Et quæ de lacrymis sibi dulcia nomina fecit.
Tempus erit verum cum numina inania nostra
Spernet homo, sacrisq; litabitur hostia templis
Vera Deo; auctá nouis multo felicior Alba
Delicijs fluet: hic domito non amplius orbe
Romulidum, Alba, Ducē myrto spectabis ouantem:
Postera non Albæ magni mirabitur ætas
Templa Iouis, cæso quæ nunc sunt marmore sacra.
Quò feror inuitus? cultu meliore nitebunt,
Ellogime at tua rura aruis, viridaria, amœnis.
His meliora dabit veri noua flamma Dialis
Flamminius sacri tandem vaga gemma senatus,
Ille meas, magnæ qui Palladis excolet artes,
Lux Vrbis, legumq; iubar, quem Roma tonantem,
Sanctum ius dantem totus mirabitur Orbis.
Dona sed hæc moriens cari volet esse Nepotis
Nicolai Comitis, mansuri pignus amoris.
Huic celsum regale genus dabis inclyta proles
Tu Theodolindæ frater: stirps alta nitescet,
Te Patre, per latium, numerabit & alma nepotes
Seros, non senio Maiorum parta fatiscet
Gloria, nec famam, laudemq; silebit Auorum

Vlla ætas, crescet maioribus aucta triumphis,
Semper & excelsos extollet stemmate fasces,
Diuitijs, Virtute potens, fœcundaq; prole
Bellatrix acies ductabit Martis alumna,
Non minus atque tuis incedet, Palladi, fertis
Cincta caput, sacramq; feret redimita tiaram.
Vt fulgebit apex violis? vt murice vestes
Diuinus fucabit honor? sæpe Aelia moles
Purpureo vt serto Comiti supplaudet ouanti?
Fulmina quot cernet genitrix Insubria belli
Præclara stirpe è Comitum? tua Sforzia sceptra
Milite Donatò stabunt, dum classica signa
Ducet, & in dubijs caram cum morte pacisci
Audebit vitam: cuius generosa propago
Bernardinus, amor patriæ, pia Lilia condet
Pectore, passurus magnæ fera tela volucris.
Inclyta quid tamen ah soboles patiere Ioannes?
Relliquias generis magnus conabitur ales
Vngue solo delere; dabit sed pulchra Camilla
Sidere Pirouano è claro qui damna rependat.
Nascere iam tandem terror Baptista tyranni
Odrysij, cæsis Naupactia diffluet vnda
Hostibus, & fœdo fluitabit sparsa cruore,
Fulmina cum valida iaculaberis inclyte dextra
Dux quinæ pugnans Venetorum exercitus alæ.
Ah quantum felix longum mansura per æuum
Cypria regnares tellus, placidique Leonis
Mulceres quam læta iubas, si fata dedissent
Huic similes bellare tibi: num, Creta, feraci
Exultans Baccho minitantem tuta videbis
Ense Ducem, impauida hoc vno ridebis & hostem?
Egregio ò felix isto Isabella marito,
Platorum allatura decus; felicior alta
Nicolai at prole: vt Charites cunabula rore
Iucundo spargent pueri? pulcherrima stringet
Nutrix fasciolis niuea Eleutheria palma

Et

Et nutritor Honor mores formabit, & altum
Herois pectus præcelsis imbuet orsis,
Et primos Pietas componet flammea gressus,
Cœlica & erudiet docilem Tritonia mentem.
Vnus par atauis primis adolescet ab annis;
Summo etiam dignus sacro seruire Diali
Secreti excubitor thalami famulabitur olim.
Ille huc Phæacum, celebres traducet & hortos
Hesperidum, syluam nemorosæ montis & Idæ.
Quæ noua tum ruris facies? Hic area primum;
Accipe qualis erit post sæcula ruris imago,
Pæstano mage culta solo viridaria pandet,
Delicias hic Flora suas mirabitur omnes
Nicolaum posuisse solo, mirabitur Hyblam
Floribus innumeris Albanis ludere campis.
Quidquid odorato zephirus furatur Hydaspe,
Quidquid Pancheis spirantia flamina syluis
Grata ferunt, quidquid clementi Thessala cælo
Florida habet tellus, campoq; Cilissa virenti,
Hic Libya & vernans molles spectabit acanthos.
Et vernas violas, biferumque rosaria Pæstum.
Sæpe renidenti zephiritis candida vultu
Areolas inter viridantes carpere flores
Gaudebit cumulare sinus, & comere sertis
Flauentes crines, florum mollesq; corollas
Texere, Nicolai testantes germine laudem.
Hæc fatus, surgens faciem Cyllenius Horti
Aurea signabat virga, seriemque docebat
Rerum: Hic lata, inquit, se longo semita tractu
Pandet, per medium rectà spatiabitur amplè;
Regia procero frondescens cespite laurus
Sepimenta dabit viridantibus vndique ramis:
Area at in quatuor spatiosè dìdita partes
Florida vernabit pulchro visenda theatro:
Illis septa tamen non vna lege viarum
Distinguent colles, vernans sed myrtus ibera

Gestiet hic hyemem, feruentis spicula solis
Spernere florenti semper torrentia fronde,
Aequatè detonsa comas; Cupressus odora
Illic pro septo reuirebit florida crinem.
Flabit odoratas syluescens cespite tonsus
Plurimus è latere aduerso post Rosmaris auras;
Aemula pæstanis hic pulchra roseta virebunt,
Saluia lasciuo stipabit germine partem
Hanc fœcunda viæ; virgulta hic spicea stabunt.
Recta hic dispositi proceris brachia ramis
Attollent platani, summoq; in vertice se se
Arquantes caris stringent amplexibus arctè,
Vmbrosa & referent multa topiaria fronde
Spicula torrentis nimium pellentia solis.
Huc postquam ventum, cælo se pandet aperto
Area, vbi Tethys iucundo carcere clausa
Insternet liquidum captiuis piscibus æquor.
Area frondentis stipabitur aggere lauri,
Frondeq; de simili compacta assurget vtrinque.
Ora gerens hominis, faciem similisq; loquenti.
Hic etiam platanus ramis vmbrosus opacans
Plurimus ad placidam fessum inuitabit ad vmbram,
Et nitida pisces fluitantes cernere lympha,
Ac celeri varios lusus simulare natatu.
Mira laborata hic climax spectabitur arte,
Effingent cuius varias asarota figuras:
Vndique splendescet musiuo schemate fornix:
Vtroque è latere effictos mira arte videbis,
Bacche, duos satyros, non vina meracula ab ore,
Sed gelidam magno iaculantes gurgite Byblim
Dulciter & stabunt hinc mas, fœmella sed inde.
Stemmata Platorum, & Comitum rutilantia cernes;
Insultabis eques generoso & magne leoni.
Vertice sed summo magnis incilibus acta
Impete præcipiti statuarum erumpet ab ore
Lympha fugax, varios & finget turbine lusus.

Subtus

Subtus in aſpectu medio ſed climacis amplam
In pateram, geminus quam Triton ſuſtinet, vndam
Euomet è pando deformis gutture larua:
Quin etiam binos cum cernes gurgite fontes
Hic manare alios æquo diſcrimine ſtantes,
Anne iterum, dices, velox Arethuſa ſequentem
Effugit Alphæum Siculis haud tutior oris?
Quò rapior narrans? vel quid maiora relinquo?
En qua nunc horti pars frutice dextera vernat;
Tunc nemus vmbriferum, varioq. arbuſtula fructu
Frondentes tollent ramos; Huc Gallia, dono,
Huc vaga Parthenope ſua poma feracia mittent,
Et quidquid pulchri, iucundi & germinat vſquam,
Quidquid in Heſperidū cultis numeramus & hortis
Alcinous quidquid iactat, dabit inclytus olim
Iſto Nicolaus campo; Pomona feraci
Arbore milleno, pomis Autumnus, ouabunt.
Omnigeno hic Ceraſus florebit frutice fœta,
Laurea, Campanica, & Puracina, Amarſia, dulci
Viſula quin ſucco, grandiq; Aquitanica glande,
Quæ rubet & tyrio Aproniania tincta colore,
Dignior & primas inter Duracina menſas.
Cætera quid narrem? non mala Cydonia deerunt,
Punica, & Inda dabit, quidquid cultiſſima tellus
Producit fœcunda ſinu, floreſcit apricis
Collibus, & quidquid iucundi flabra fauoni,
Vere nouo, pariunt, feruens vel decoquet æſtas,
Maturum ſero Autumni vel decidit imbre.
Conſita per longum, diſcreta atq; ordine, tractum
Adblandita oculis mirè gracileſcet acutum
Funebris in conum procera ſtirpe cupreſſus.
Iſto age, quæ celſo nunc floret vinea cliuo,
Vernantem referet varijs tum floribus Hyblam.
Marmorea hic ſummo ſcalarum vertice primum
Pandet inoffenſum venienti Ianua greſſum.
Quid mutare vices, ſeriéque volubilis æui.

Non

Non possunt variare dies? hæc area in octo
Areolas distincta vagas vernantia mala
Citrea alet, Medica &, bis deno stipite firma
Arbos hærebit terræ faciem quincuncis adumbrans,
Septa sed has circum distinguent myrtea partes,
Laurea quà, viridi qua compte citrina gyro,
Fronde aulæa tegent simili viridantia muros,
Per varios transmissa tubos hic candida lusus
Quin etiam Cyane faciet, modo fingere nimbos,
Gestiet aereum guttis modo spargere campum;
Et ramenta velut puro labentia cælo
Vndæ stillare incisos argentea rores.
Platorum & Comitum musiuo hic schemate fontes,
Et decus, & factis excelsa insignia fingent:
Hæc inter latera, at medio latè area stabit
Sphærica, quà varia lapides & imagine ludent;
Insigni hic Tethys manabit roscida fonte
Millibus è mastis guttans, sed citrina fontem
Plurima compositè vmbrabit se se arbor in arcum
Flectens, amplexans veluti pudibunda maritum,
Parte sed hac læua, pennata in carcere Pubes
Claudetur magno, vario fera vincula cantu
Illa gemet, domino modulis blandita sed aures
Argutans facunda melos mulcebit amicis.
Irriguos auibus latices pulcherrima clausis
Alma dabit Tethys fontali labilis alueo.
Hic testudineo visetur fabrica muro,
Artem vincet opus: victa hic natura rubescet,
Cum sua Nicolaum superasse hæc munera cernet.
Aedis at in medio poterit Galatea natatu
Candida per vitreas emittere brachia lymphas,
Scilicet hic etiam magnum Neptunia fontem
Largo Amphitritè manantem gurgite ducet;
Erectæ statuæ facientq; theatra natanti.
In nemus ingressum demum ex hac parte patebit.
O quæ deliciæ, quæ commoda & otia ruris.

Consita per seriem rectâ spatiabitur arbos,
In latas distincta vias: piscina natantes
Hic claudet pisces: hic Iuno depluet imbres
Per tubulos fundens centeno è gurgite lymphas.
Aediculæ hic pulchræ stabunt, vbi flamina captet
Molliter afflantis Dominus iucunda fauoni.
O cupidus Nimpham si vastis Aeolus antris
Quæreret Albanis accensus amasius igne;
Saucius Euganeis vt corde Cupidinis errat
Telis, & Ladanen sequitur sinuosa procacem
Antra per, exesos deciso & marmore montes,
Muscoso refluus quà vernat margine ripæ
Lenis Bacchilio, flauis & labitur vndis,
Quàq. vago floret fœlix Custozia colle;
Vincula Nicolaus ventorum intendere Regi
Nollet, & imperio potuisset subdere ventos,
Nec foret hæc solum tua gloria, Magne Tridente.
Syluula postremo florescet, commoda turdis,
Atque auibus reliquis visco disposta venandis.
Hæc Hermes, propero venit cum vernula passu,
Atque parata monet mensa cœnacula Diuos.

PROTEVS.

Carmen

Illustriss. & Reuerendiss. LAVRENTIO *de Maximis.*

IAm mihi Phæbęo conciri ęorda calore
Sentio; iam totum spirant mea pectora Phæbum,
Et cantu memorare iuuat pulcherrima visu
Spectra obiecta mihi, cupidasq. excepta per aures
Verba meas, Cyrrhæ dudum quid Musa moraris?

Læta

Læta veni, gratumq; iuuet mihi promere carmen,
Ite hilares versus, lætoq; applaudite cantu,
Ite hilares, magno Laurentis plaudite honori.
Vidi ego (vana oculis somni nec ludicra menti
Persensi simulacra meæ) dum littore passu
Errarem tacito, teneroq; coralia trunco
Romanas passim spectarem vellere Nymphas,
Impete quà magno se fundit Tybris in æquor.
Vidi formosam niuea super æquora concha
Augusto ornatu, & comptis errare Cytheream
Crinibus, hanc placidis raptabat Triton at vndis,
Aureolis quem frænat Amor, laxatq; lupatis
Ipse Auriga puer; squamosis asperat armos
Is spiris, & pube tenus solum obrutus vndis
Imperio pueri lento trahit æquore Diuam.
Stant sociæ circum Nymphæ, conchylia ducunt
In faciem formata ratis pulcherrima Diuas;
Atque Pharetrati Aurigæ temone minores
Tritonas quatiunt plaudenti verbere Amores,
In plebem solum qui figere spicula curant,
Inter at Idalias augusta fronte sorores
Prima Orbis Regina sedens Virgo inclyta puppi
Romanum augustans æquor comes ibat, ouanti
Persimilis, læua resplendent parte secures,
Inuicta æternos & præfert dextera fasces,
Et palma mulcet regalem blanda volucrem.
Virginis ò qualis facies; pulcherrimus aptè
Gemmat apex cidaris, grandi rutilatq; smaragdo.
Intexti crines auro vaga colla flagellant,
Mille ferunt guttur bacchata monilia gemmis,
Aureus & niueo se fundit pectore torques.
Cætera quid memorem? se se ipsa augustior, omni
Parte nitens, omni cultuq; nitentior ibat,
Inclyta dotales vndas lato agmine lustrans,
Cyprigena coniuncta comes: quà turba Dearum
Curribus æquoreis graditur per inane citatis

Difflat

Difflat odoriferi zephirus vaga flamina venti.
Lusibus exiliunt pisces, lætoq; natatu
Quà transit plaudunt Diuæ; ciet ipsa leporis
Imis Neptuni iucundam sedibus auram,
Fluctiuagi qua monstra maris noua spicula amoris
Protinus hauserunt imis defixa medullis.
Nereides Nymphæ accurrunt, gracilesq; Napeæ
Cymothoe, ardenti quam Triton deperit igne,
Flauentes ornata comas Galathæaq; Clotho,
Et Spatale, Alphæi & quæ iam dudũ horret amorem
Pulchra Arethusa diu lacrymis immitis amantis:
Leucothoe, dilecta adeo Nereia magno
Neptuno ex imis se se extulit Amphitirites
Cara vadis, Doto, Cymodoce: vos antea puppes
Dardanidum, quæ quondam Iunonis ob iram
Incensæ pelago; Veneris sed numine Diuæ
In Nymphas versæ (dulce irritamen amoris
Fecit per liquidas innare licentiùs vndas)
Vos etiam occursu Diuæ venistis, & vltro
Aequore festiuam celebrâstis munere lucem.
Hæc erat oceani facies, dum læta Cytheres
Agmine Nympharum pacatum verreret æquor;
Reginæ Regina comes; pia scilicet vni
Mens erat explorare Deæ venientia fata
Heroum, quos Alma solo renouata Quiritum
Vrbs paritura foret melioris Numinis æuo.
Ad vatis festina salo penetralia Protei
Ibat; secreto meditatur & anxia corde
Excelsæ tandem seriei inscribat auorum
Quem generosa virum Romanæ Gloria gentis;
Seu speret bello sæui noua fulmina Martis;
Actiacæ pugnæ famam renouare Columnæ:
Excutere imperium Thraci, quo cornua ponat
Effera, & æratis submittat colla catenis:
Seu pace expectet sceptro dare iura sereno,
Consilio, & sanctis componere legibus orbem

Seu libeat summos mitra fulgere Diales.
Ergo Venus comitem dictis compellat amicis,
Pectore quid tacito, cupida quid mente volutas
Virgo tua? quæ nam suspiras anxia vota?
Magnanimos Iuuenes, & fortia pectora bello
Educat, & sacræ paci noua Roma Quiritum.
Romanum egregiùs qui celsis nomen auitis
Attollent factis, viridi dignissima cedro
Nomina, & æternis inscribent inclyta cartis.
Tempus erit, nec vana reor præsagia mentis,
Cum tu Scipiadas iterum numerabis, & inter
Romulidas iterum spectabit inesse Camillos:
Maxima gens sacros iactabit & esse Catones;
Horum quin etiam maior se gloria pennis
Efferet excelsa superans virtute triumphos;
Magnæ concedent Romæ sua iura tyranni;
Victrici discussa manu, trepidantia sceptra
Cedent, & subdent audito nomine fasces.
O qualis tandem terris mirabere Virgo
Insignis sceptris: ò quæ diademata crines
Incingent nitidis velantia tempora gemmis.
Scilicet vna Poli spes, vna amor, vna voluptas:
Te Deus e n solam visu prospectat amico.
Mira dedit si prima tuæ natalia gentis
Spectas, incrementa tamen maiora videbis.
Hæc Venus & blandis permulsit pectora dictis.
Virginis infecit niueos sed murice vultus
Fusus corde rubor subitus; subrisit amico
Lumine respiciens Virgo pudibunda Cytheram;
Atque ait, ò si me celeres argentea pennas,
Alma Parens, tantis votis fortuna bearet,
Vt mea trans gelidos efferrem sceptra Triones
Denuo quà refluus septena per ostia Nilus
Fluctibus erumpit tumidus; subigamq; superbos
Quiue Ararim, Tanaimq; bibūt, quàq; Aurifer am-
Prata Tagus, vel quà se extollit gurgite Gāges. (bit

Aruaq;

Arvaq; præcipiti quà vortice Lambit Araxes.
Magnanimæ videam tolli mea signa volucris:
Vltro cui cedant alij, mea Roma curules
Et renouet, cæli maiores inclyta fastos
Insignis trabea primum, spectemq; decorem
Iam senis in Iuuene esse meum, videamq; iuuentam
Perpetuam vernare mihi, feliciùs Orbis
Senserit haud vnquam iustè moderamina lancis
Tam casta librata manu, feliciùs vnquam
Imperij sceptrum cernet; vernantis oliuæ
Vndique spectabit ramos: Cereremq;, Lyæum
Ditis Amalthææ diffundet copia cornu.
His votis animum Virgo, rebusq; secundis,
Spe mulcens, & longa trahens suspiria corde,
Dicta dabat, roseos vultus tranquilla serenat.
Iucundo risu: qualis cum vere colore
Vernat mane rosa, & fragrantes difflat odores:
Arrident circum flores, frondesq; minores
Stipite vernantes veluti gratantur honori:
Haud aliter niueo Virgo inclyta promicat ore,
Dulci voce sonat demulcens pectora dictis;
Idaliæ arrident Diuæ, Venus aurea ridet;
Virginis excipiunt votis & verba secundis.
Sed iam Carpatios vrgens temone iugales
Scindit Amor fluctus & vatis venit ad antrum.
Est locus exesa deuexi margine montis
Vndanti incumbens pelago, quò se vnda receptu
Alterno insinuat, tenuique remurmurat æstu
Saxum contundens, & se se spumeus infert
Neptunus, specus hoc ingens, & penetralia Protei.
Hic fortè assistens numerabat gurgite Phocas
Pascentes vasto, vigilanti lumine custos
Glauci armenta tenens; cum cominus ecce Dearum
Sensit adesse agmen; varijs illudere formis
Protinus ille parat, varioq; opponere spectro
Effigiem propriam, sed iam noua vincula primus

Intentarat Amor, fortiq; tenacia nodo
Strinxerat, atque vafer laqueis prætenderat arctis;
Ter liquidis, oculis effluxit labilis vndis;
Terq; abit in flammas; diro terq; ore chimæram
Euomit effingens ignes, genus omne ferarum
Sumit, se in cuncta & mutat miracula rerum.
Ast vbi vinciri sensit fera pectora Amoris
Retibus, erumpens sensim vaga flamma per artus
Serpere cœpit, amans de Vate remisit inanes
In se se rediens artes, hominisq; est ore locutus.
Et quæ te nostras, quænam pulcherrima Diua
Cura domos adijsse iubet: quid poscitis antro
In nostro Nymphæ, & pacem turbatis amicam?
Tum Venus ah Proteu, scis, nec simulacra futuri
Te fugiunt; nostræ quæsitum venimus Vrbis
Sortem, quid sit venturum melioris & æui
Tempore mens agitat, nobis edissere summi
Fata Iouis, pulchro Nymphæ donabere dono;
Aligerum & facilem votis (nec fallor) habebis.
Mollijt is pectus; sed amico in lumine spirans
Toruus adhuc mites iras, sic ora resoluit.
Et tibi cælestis diuorum militat aula
Mitia fata manent, & fausti numinis aura;
Propitium nam, Virgo, Ioue, & (nec fallor) amãtem
Vrbis habes, facilem votis, fortiq; secundum:
Regalem auricomo designat cingere crini
Intextam gemmis augusta in fronte coronam;
Imperium, sceptrumq; parat, tibi destinat Orbis
Omnia iura; Poli quin præparat addere claues;
Arbitrioq; reges populos, cæloque locabis
Imperiosa, potens; video tibi colla Tyrannos
Subdere sæua, iugiq; grauis sub pondere sortem
Ingemere en miseram: video lętos sed tendere cælo
Plaudentes palmas populos, quos effera dudum
Vis, & seruitium pressit stridente catena.
Tunc ò, tunc qualis cum ferrea vincula fallit

Ales,

Ales, & expanſis è carcere deuolat alis,
Liberior fruiturq. polo per amœna vireta
Aereum molitur iter, modulamine cantus
Lætitiæ dat ſigna ſuæ vaga carmina roſtro
Occinit, argutans modulos: ſic geſtiet omnis
Gens, vbi barbaricas diſſolues, Virgo, catenas:
Cum manicas manibus, cum ferrea vincula plantis
Eripies, grates tibi libera ſoluet ouanti,
Et lætum pæana canet Io Virgo triumphe;
Quæ mihi ſeruitium excuſſit, quæ vincla refregit
Dura mihi: Heroes quales præſaga futuri
Mens legit in ſeriem poſitos? quæ pectora. fama
Iam reſonãte Duci? Virtus quàm magna Quiritum
Ante oculos oblata meos? ſed luce coruſcat
Inſignis magnis factis mihi MAXIMA proles;
Illa recenſet auos, inſignes illa nepotes
Imperio claros, Heroes educat Orbi;
Ite hilares, & magna animis nunc voluite fata
Veſtrę vrbis celſos heroas voluite mente.
MAXIMVS hos inter fulget Laurentius Heros.
Hic rapit, hic mentem, dum proxima fata volutat
Vnus habet, magnũ in Iuuenem iam deferor vnum.
Delicium hic Romæ, gentilis gloria prolis,
Lallanti Charites præbebunt vbera pupo
Imbuet & Pietas mores, hunc ardua virtus
Attollet factis, & honoribus addet auitis.
Tempus erit Romæ cum numina inania Diuum
Spreta cadent, ac errores dediſcet auorum
Verum edocta, Parens morum, fideiq; magiſtra
Vrbs erit, & ſacris libabitur hoſtia templis
Vera Deo, cæloq; crucem feret Aelia moles.
Celſa poli ſacras cum gens Burgheſia claues,
Et reget arbitrio, & terras moderabitur vna
Egregios animo Iuuenis Laurentius orſus
Excipiet, celebris famæ lituumq; ciebit.
Vna ſed huic Pietas ornabit flammea pectus

Inclyte quid cessas Heros? quid gaudia differs?
Nascere, clarescet gentilis MAXIMA proles:
Te magno cidari cæli arbiter ecce Camillus
Punicea exornat palla, magnone Diali.
Secreti excubitor thalami vigilantior astas?
Quid ni candentes pandent sacra tempora vittas?
Ludere quin etiam violas cum murice cerno,
Iam tibi fulget apex, in plausus versa sequaces
Arx plaudens resonat iam ternis Aelia bombis.
Ite hilares Nymphæ Romanis plaudite sceptris
Dixit: Thirenum remeauit cætus ad æquor.

TRIVMPHVS

AD ANTONIVM PRIOLVM electum Venetiarum Principem è Liburnia in patriam properantem.

NVnc age quæ recinis grandi resonantia plectro
Carmina, & heroum defers per sæcula famam,
Inclyta quæ gesta æternas, lituoque sonanti
Murmura magna cies, excelsaque nomina Cælo
Infers sola Ducum; Viridantes desere colles,
Augustos succincta sinus, roseosque cothurnos
Huc gressum deuincta cites, quò exæstuat altè
Adriacum, plausuque fremit sub fluctibus æquor;
Spectatrix festiua vola: Tarpeia quando
Cæruleis disposta vadis memoranda Triumphis
Castra natant, fluitantq; salo, quæ Triton in vndis
Neptuno mandante locat. Miracula rerum
Quæ noua describes plaudenti carmine Musa?
Quem vè Heroa canes? nō hos tibi Græcia plausus,
Non

Non Romana phalanx deuictis hostibus olim,
Non tibi magna Ducis populo lætante trophæa
Hæc spectanda dedit, multo cum sanguine parta
. Inclyta Romanis volitauit Adorea campis.
En maiora manent si quando sagata triumphat
Hic virtus coniuncta togæ, non milite solum.
Semita victrici fernet, cui palluit Afer,
Quem timuit furibundus Arabs, durusvè Britannus,
In tonsusve Cilix, æratas colla cathenas
Non captiua premunt, non diues regia gaza
Raptatur, multoque gemit sub pondere prædæ
Currus, vel splendent millena insignia pompa.
Augusto vehitur spectandus syrmate Princeps
Hostili nec cæde satur; Clamydata renidet
Sed duris rebus spectata Priulia Pallas;
Maiestate nitens Dux hic ANTONIVS Heros
Magnus ouat, strenui præstans cui gloria belli,
Clara simul crines incingit laurea Pacis:
Virtutum numerosa cohors quem stipat ouantem,
Cui patriæ insignis Pietas, & flammeus Ardor
Inclyta promeriti pandunt vexilla triumphi:
Cui niueus famulatur Honos, cui sceptra resignat
Relligio, studium populi sublimat honore:
Fama colit, fasces sors ipsa inuita veretur,
Et clamyde insignem, parmaque, & casside clarum
Ciuis amat, timuitq; hostis quem tela cientem:
Fortuna & gestis fęlices ventilat auras:
Dexteritas plaudit, Charitesq; sequuntur euntem,
Huc igitur niuea velox allabere penna,
Aethereas molita vias, Parnassia cedra
Defer Calliope, celebris dum Pompa PRIVLI
Perpetuis scribenda notis, super æquora fertur.
Adriaco surgit iam moles Aelia fluctu,
Principis ingeminant lætosque natantia plausus
Gratantis populi Veneto Capitolia campo:
Musa sane, & sero mandes hæc dicta nepoti.

Illicet vt cecidit felici calculus albo,
Detulit & magno Venetum diadema PRIVLO
Inuita fortuna manu, tunc protinus alis
Nuncia præpetibus se tollit fama per auras;
Plus solito pennata volans, Plaususque volantem
Insequitur, Murmurque loquax, aurita satelles
Insilit & secum celeri Periergia lapsu,
Hillaritas festiua comes, Lususque, Lepores.
Insonat altisonùm lituo, latèque per Vrbes
Præcipitata ruit, sonituque caui infremit æris.
Purior irradiat solito tùm Cynthius astro,
Aura silet, tumidi ponunt fera flamina venti,
Et iucunda volat Zephiri pellacia Ponto;
Ipse pater Neptunus arans properantibus vndas
Quadriugis, plaudente quatit maris antra tridente,
Vndiuagosve ciet glomerata per agmina pisces.
Ære cauo Triton sinuoso murmure cantus
Dulcè sonans, lætùmque strepens clangore potenti
Monstra vocat pelagi: quin gratior Amphitrite,
Tuque etiam crines auro religàta comantes
Consortem gauisa beas; iucunda voluptas
It toto diffusa mari, quà læta Priuli
Pompa Ducis visenda datur, faustique paratus.
Interea vultu applaudens augusta sereno
Adriaci Heroina maris iubet ocyus aula
Acciri, & solio generosum sistere Honorem.
Nec mora, pernici properans cum pusio passu
Conclamatus adest. stant flammea lumina fronte,
Erecta est oris facies, crinesque flagellant
Excelsos humeros, roseus color errat honesto
Permistus candore genis; dependet eburnea
Hinc pharetra & latere è niueo, quā spicula cōplent
Aurea; magnanimam lucenti lampade quassat
Dextra facem, paruasq; humeris circumplicat alas,
Viuidus, ardescens oculis, & flammeus ore:
Constitit erectus subito, cupidusq; moratur

Iussa Deæ. placidùm ridens tum Regia Nympha
Olli sic exorsa loqui: Generosa meorum
Flamma puer, cuius validis heroica telis
Pectora succumbunt, animis qui flamina spiras
Inclyta, alisq; ignes, nitidam dum lāpada quassas,
Ingentes animosq; foues: quot laudis amore
Succendit parua libratum missile dextra?
Quot fax ista viros generoso perculit ictu?
Tu iuuenum pariter per facta insignia mentes
Extimulas, pariterq; senum; famæque potentem
Inijcis ardorem æternæ: tibi gloria, Virtus
Heroum aduersis rebus sudata laborat.
Quæ non sceptra Ducū, quæ non diademata Regum
Incude assidua laudis fabricata, metallum
Te donante, sonant? cuius non tempora lauro
Te stimulante virent? cuius non dextera sceptro,
Vel collucet apex, insigni aut svrmate pectus,
Dum tua peruasit concepta hæc stamma medullas?
Anne ego Scipiadas præclari nominis inter
Heroas discerno meos? Fabiosve, Camillos?
Clarior egregios supra se gloria tollit
Parta duces, magno similisque æquata Quirino?
Imperij nunc sponte mei vel frena remordet
Adria? & Illyrium, nutrix & Creta Tonantis?
Phæacæq; arces, Benaci fertilis auro
Vnda paret? vitreus lento qui Mincius amne
Labitur, & refluens fœcunda per arua Natiso?
Parue tuæ Virtutis opus. Vernantis oliuæ
Ostentant ramos, æquatæ examina lancis,
Imperio subiecta meo gens euehit astris?
An furibunda volat pelagique per auia pinus
Hostili infrendens classi? num fulmina bello
Nutrio? Virtutis sunt ista tuæ; incitat omnes
Ad laudem, ad famam, quam gestas, paruule, lāpas.
En quantum incubuit telis Antonius heros
Ipse tuis, laudis quantos exarsit in ignes,

Et

Et sibi molitus per dura, per aspera famam;
Magnanimo fouit Patriæ quot pectore curas?
Adriaci spes ecce mei Heroina profundi
Huius virtute egregia merita decores
Sæpe meos; placido somno secura quieui.
Odrysiæ nouere rates: Hunc hostica classis
Nunc etiam turbata timet; qui florida primis
Dum vernat lanugo genis, Salaminis ab aruis
Depulit hostiles acies, & spicula muris
Turcica, constanti se se intulit agmine portis,
Et Cerere, & forti muniuit milite Turres.
Ah memoro ferale nefas: mihi Cypria felix
Staret adhuc tellus, durum ceruice Tyranni
Non passura iugum; mauortia corda Priuli
Magnanimusq; pudor; gliscens in pectore auitus
Laudis amor; similes habuissent Marte maniplos;
Infausto haud virtus cecidisset numine victa.
Nescia torperi at duris inuicta resurgit;
Obliquas molita vias; per & ardua semper
Clarior. Et quando risit Pischaria moles;
Lentior irrigua quam Mincius alluit vnda,
Tutior arma, minasq; hostis? dum peruigil Arcis,
Impiger hic faustis defendit littora signis.
Sed quam feruet Amor iuuenili in pectore, & Ardor,
In quos hinc præstans animus se se exerit ausus?
In grauiora ruit iam se molimina maior,
Et stimulis animo proprijs ardescit adactis.
Iamq; volat pelago Præfectus classe triremis
Quò fortuna rapit, laudis quò viuidus ardor
Prouocat: at duri cessans violentia belli,
Armorumq; lues multos grassata per annos,
Vertit magnanimam studia in contraria mentem.
Qualis præcipiti, cum fertur vortice Torrens
Per scopulos per saxa ruens, flexusque viarum;
Intumet opposito detentus ab aggere, & vndis
Irruit, aduixus metas ferri obijcis vltra;

Atque

Atque vbi disiecit molem, violentior vnda
Ingruit; & rapidus latis deuoluitur agris;
Haud secus obiectis gliscit vis dia Priuli,
Intròq; adigunt flammantia spicula Martis,
Queis succensus hiat laudi; sic nescius ille
Ferre moras, fertur violentus in otia pacis.
Fortius incumbit famæ, Patriæque perurget
Pectus amor, via quà primum patet, impetus omnis
Se dedit in præceps, mentiq; remurmurat altæ
Gloria celsa togę. Memorem quæ prima? supremis
Vltima quæ adnectam? nostris cerealia tectis
Dona fluunt, Bacchiq; bibit secura liquores
Turba loquax; exundant torcularia musto
Scilicet, & cererem, hoc vigili plena horrea cōdunt
Præside? non tetro vidi luentia tabo
Corpora, feliciue luem grassarier Vrbe:
Non luxus perdit, non mascula pectora ciuis:
Pompa fugit, serpens lentoque licentia passu.
Vidi ego pallentem fraudem, periuria vidi
Exulare foro: vt sancti reuerentia Iuris,
Sincerus legumque timor, fideique verendæ
Cultus, Relligio, candensque modestia morum
Sub rigido viguit, mitique Catone PRIVLO?
Quam vigil, assidua & census custodia pernox?
An mea fulserunt magis auro æraria, templi
In morem seruata diu? Sed Palladis artes
Hic recolam? docta resonantia voce lycæa
Medoaci refero? celeres, Helicone relicto,
Musę ipsę Phœbo veluti venere vocante
Ad templum faciles, Gymnasia numinis aura
Afflant, dum prudens Vrbis moderatur habenas.
Ardua molitur constans se digna. paternæ
Immemor haud laudis; iam se maiorque PRIVLVS
Affectat grauiora meus: non fessus anhelat;
Impiger, erectus magna sub mole laborum;
Stat firmum duris pectus; Magnique PRIVLI est

Virtutem parua haud vna concludere meta,
Multiplicem tentare gradū, per & omnia honorum
Pergere constanti semper vestigia passu.
Mille inter lectus proceres, dum Gallica tedas
Affectat Regina tori, celebratq; hymenæos,
Adriaca en præstans dulci modulamine siren
Progreditur felix geniali s nuncius auræ:
Fœcundæ sobolis vates: præsagia pandit,
Ausonio cecinit verus quæ Proteus antro.
O quantum gauisa soror, dum dulcia linguæ
Verba sonant auri, quam lęta remisit ouantis
In morem, reducem non vno munere donat
Illa Procum, plena diffundit munera dextra;
Non satis augustis renitere est pectora bullis,
In proceres legisse suos, & ordine equestri
Insignisse virum, nimium iuuat ampla videri,
Se sè donat amans, atque aurea LILIA fertis
In gentilitijs gaudet renitere PRIVLI
Interea egregius dextra fera bella minaci
Magnanimis actus stimulis Sabaudius Heros
Excitat: horrisono commota hinc arua tumultu
Cisalpina tremunt, ira Rex ardet Iberus,
Concurrunt acies infestis vndique signis,
Conuolat acta phalanx, Inter discrimina rerum
Tanta cui fidam? dubijs certissima fatis
Spes mea magnanimam fulgenti casside frontem
Consilio, dextraque potens Antonius armat:
Dux vigil æratas acies, atque hostica tela
En nutus terrore quatit, mediosq; per hostes
Ipsa illæsa feror: timuit Mars ipse videri
Infestus nobis; viruit cerealis arista
Et campis; fugijt terri, & flamma effera Martis.
Iam quid; dum furijs pelago bacchatur Enyo,
Harpiyęque volant infestis littore rostris,
Florentes populatur agros, populatur opimas
Gens infanda rates, genus intractabile, Diuis
Inuisum

Inuisum superis, nigris infame Cerastis
Aequandum; facerem? num sanguine, cædè, rapinis
Plena meis spectarem, oculis vaga littora siccis
Impia? captiua, & paterer mea pignora duci?
Moreq; balantum mactari ego inulta viderem?
Ferrum distringo, fidosq; in iusta lacesso
Bella Duces, iubeo deformia pellere nostro
Monstra sinu, gliscit furijs Vschochia Erinnys
Hic mage, sanguinolenta ruẽs: meq; impetit armis
Carnæos veciens temeraria fertur in arua
Illyrios tractus quà clara Liburnia findit
Huc inuita vocor, placidum patiorque Leonem
Decertare aquilis, signa & concurrere signis.
Hinc subitis ardet flammis mauortia Virtus
Et vires acuunt generosi corda PRIVLI,
Vrget amorq; mei, flectit pietasq; cadentum,
Acribus & stimulis agitat scelarata nocentum
Dira phalanx, rapitur subito ceu fulmen in hostes,
Sustinet & molem belli pius, inclytus heros.
Vidi ego scintillare oculos, vidi ora rubere
Cum primum patriæ clypeum, galeamque trilicem
Induerem, totoque armis feruescere campo.
Nec vanas animo spes foui, fulminat ense
Is subito, veloxque fero telo imminet hosti:
It pauor, it gemitus per castra hostilia pallens
Marte furente mihi ferro mors demetit hostes.
Imperij tu Farra iugum sic fræna remordens
Victa premis: supplex ambas Lucinia palmas
Victori arx tendit: declinans lumina sceptro
Clusa metu concussa labat, veniamq; reposcit:
Turbantur validis Claureti mœnia telis:
Arx Ponteba iacet. Medijs non fulgura nimbis
Tam festina volant, cælo subitisque coruscant
Flammis: non tantum pennis per inane citatis
Acta fremit dextra forti vibrata sagitta;
Quàm velox agitur per castra inimica PRIVLVS.

Nec mora, cum niueis properans caducifer alis
Inter pugnaces Aquilas, validumque Leonem
Decidit, illapsus virga & pacem annuit aurea:
Tum siluere tubæ, siluere frementia & æra;
Sulfureæ glandes, & sæua tonitrua belli;
Ille idem lites doctus decernere ferro,
Lenibus & dictis iusto componere iure,
Sermo fluit cui melle, fauis & dulcior Hyblæ,
Qui potis & placidis fera pectora flectere verbis,
Et forti terrere manu, prosternere telis,
Caduceatores inter mea iussa moratur:
Sat meritis onerasse comas, sit meta laborum,
Fulgeat augusto Patriæ nunc syrmate Princeps,
Gemmea iam ludant cano diademata crini,
Sceptra grauent dextram, summus cornuq; corusco
Gemmet apex, duri extollit quem gloria belli
Tàm longa sudata via, quem Pacis adornat
Coniurata comes virtus; satis ista, triumphet;
Tu reducem duces insigni munere pompæ
Cui sudauit Honos: reducis tua cura PRIVLI.
Nuncius i felix, celeriq; illabere penna
Augustum diadema ferens. Sic ore locuta
Plaudenti arrisit vultu, niueoq; rubore
Sparsa genas, oculos vultu blandita serenos,
Dulcè micans Aulam circum perflauit amore.
Annuit his, paruis humeros bis verberat alis,
Lætitiæ dans signa suæ, vultuq; micanti,
Reginæ lustrans proceres super æthra volatum
Explicat, & velox Dominæ mandata facessit.
Protinus at rosei fulserunt aere nimbi,
Auratæ motant alterno verbere pennæ,
Quà cælum, & radios describunt luce nitentes,
Conuolat & secum Fastus, sertoq; decoras
Cincta comas æquo comitatur Gloria lapsu.
It Pompa, it Clamor, Genius simul aduolat almus
Principis, obiectos glomerantes agmine ventos.
Ecce

Ecce autem Adriacas se se referebat ad Oras
Cymmerijs antris squalenti pallida vultu
Inuidia; vt lætò scindentem verbere Honorem
Aereas videt illa plagas, agmenque sequentum
Concidit, & toruo despectans lumine Pompam
Indignata faces funestas discutit atris
Bis manibus, terra ditûm ceruice nigrantes
Anguineas quassatq; comas, nigrumque venenum
Ore vomens. Reducem cernes non læta Priulum.
Victori haud Pæana canes, de more triumphum
Decernes: non læta diu Heroina profundi
Adriaci; cieo diras Acheronte sorores,
Lætaq; funereo iam misceo gaudia luctu.
Sic ait, & celerem cæli per inane volatum
Præcipitat, volucriq; ruens pernicior Euro
Plaudentum velox alis præteruolat agmen.
Constitit & subito vultus inuisa minaces
Ante Ducis thalamos facibus furibunda Priuli,
Huc illuc bacchata amens, stygioq; veneno
Infectas iaculata faces, spiramina lustrat
Omnia; per latebras in festo labitur omnes
Irrequieta gradu. Forte hic instruxerat olim
Lemnius ætnçam sedem, qua fulmina belli
Asseruat, sæua & celeris nutrimina flammæ
Puluere sulfureo, stygijs quem dira caminis
Alecto superas (heu damnum) traxit ad auras
Nuper: concepto velox incenditur igne
Nescius arctari, impatiens molitur in altum
Hic quàcumq; viam, luctatur in obuia quæque,
Irruit, horribili illidens obiecta fragore,
Terra hiscit; sublata rotant ad sydera molis
Fragmina disiectæ, fugiuntq; volumina flammæ.
Forte inde at sæuo dum feruet milite Manors
Abstulerat parmata phalanx ad prælia equalos
Mille, per at patulos cum circumfertur hiatus
Fluxerat, & longo signarat tramite lapsus

Puluis

Puluis humum vidit, (via nam quæ occulta nocendi
Inuidiæ non clara patet) tum protinus ignem
Admouet, & stygio concepta est puluere flamma
Principis incensura lares; ast affuit astris
Exturbans fortuna focum, quæ missa Tonante
Inuidiam opportuna fugat, flammamq; volantem
Vlterius prodire vetat; faustoq; rotatu
Inde rotam vertens immoto vertice sistit.
Ad Veiam felix sed iam peruenerat Arcem
Aereum dimensus iter: cum protinus ædes
Intrat Honos; magno voluentem pectore curas
Inuenit Heroam, læto Pax candida vultu
Quem niueos detecta sinus veneratur amanti
Lumine prospiciens, vnum defixa tuetur:
Hunc multos inter proceres: tunc lætior alas
Componens humeris, augusto constitit ante
Limina celsa gradu, aligerum comitemq; cohortem
Ponè trahens, spatium mediæ metitus & aulæ,
Viuida ridenti defixus lumina vultu
Prospicit astantes proceres: mox lampada quassans,
Ora decens compositus ait: Dux inclyte, magnum
Adria cui sceptrum defert, en nuncius adsum,
Nuncius auratumq; fero cum Syrmate cornu,
Quod tua per multos virtus sudata labores
Texuit, & cano tandem nunc regia crini
Nympha maris donat; deuoto Patria plausu
Quæ patrem est experta, Ducem te grata Salutat.
Cingere magne Heros Patriæ diademate crines:
Ille ego magnanimos foui qui pectoris ausus,
Et stimulos alui, reducem te deueho ouantem,
Accelera generose moras, te læta moratur,
In te oculos deflexa fremit iam Patria plausu.
Finierat: gratum murmur circumstrepit Aula,
Applausere omnes, serpit per corda voluptas;
Lux inopina vagis visa est clarescere flammis,
Ipsius ora Ducis subito & sparsisse virore;

Clarior

Clarior assurgens dictis bis fulsit auitæ
Maiestatis honos. Grandi post excipit Heros
Ista sono: agnosco fasces, decora alma reuoluo,
Quæ defers Patriæ meritis indebita nostris:
Mens erat; expositam per multa pericula vitam,
Et varios casus pulchra cum laude pacisci;
Sat fuerat sudasse decus: mihi quando Triumphum
Et diadema parat; Patriæ, iam perge, parendum:
Dixerat, insonuere tubæ, lætumq; Triumphè
Protinus ingeminant voces: tum cærula Ponti
Verrere, festinans placidis vaga carbasa ventis
Soluere mandat Honos, & maturare Triumphum.
Aonios agè musa tuos libare liquores
Purius admittas, sacri penetralia Montis
Pandens æternis dà pompam incidere fastis.
Cynthius auricomos flexo temone iugales
Verterat occiduo curru, iamq; Hesperus vdis
Fræna parabat equis, amplo placidique fauoni
Nuncia sydereæ noctis, crebescere sensim
Cœperat aura salo. Classis cum littore soluens
Cœruleas diffundit aquas, reducemq; PRIVLVM
Adriacum vehit ad solium; tum remige fluctus
Spumantes resonant, conceptant carbasa ventos,
Atque leues fausto propellunt impete puppes,
Ad clauum Palinurus Honos sedet, aurea lina
Ad Zephiros flectit Genius, tu verbera Faste
Sedule remigibus virga minitaris eburnea,
Sibila signa caua das inclyta Gloria canna.
Sic remis impulsa volat, Zephiroq; triremis.
Tum variæ pelago facies hanc ponè natantes
Imis affluxere vadis, immania Cete;
Horribiles blandita oculos neptunia Pistrix
Et Glauci maior chorus, Ionusq; Palæmon;
Tritonesq; citi, plaudentique agmine Phòcæ,
Et Phorci numerosà phalanx, genus omne natātum
Affuit, æquoreæ & nymphæ, mellitaq. Syren.


Proteus ipse senex vates dilapsus ab antro.
Candida fatidica præcinctus tempora Lauro
Hos inter lætus graditur. Thetis, Amphitirites
Rorantes comptæ crines; Neptunus & ibat
Exceptus medio; fausto pars omine plaudunt;
Pars tumidos sternunt fluctus; pars rubra reuellunt
Dona Duci Orcadico durata coralia fundo;
Dulcia Sirenes soluunt modulamina linguæ
Principis in Laudes, cantuq; sequuntur euntem.
Regia Virgo Maris venienti plaude PRIVLO
Plaude, venit Victor magnus, tua gaudia, Princeps.
Perge PRIVLE Soter, plaudunt cui sydera amico
Lumine, & æternos portendunt numina fastos:
Perge PRIVLE Soter Patriæ; cui dulcia primis
Nutrices Charites admorunt vbera cunis,
Mellea cui Pithos soluit retinacula vocis,
Flexanima æthereo pia pectora nectare pauit;
Perge PRIVLE Soter magnos perpesse labores,
Cui Pallas mentem tribuit, Cytheræa decorem,
Et tædis fauit Iuno, cui Iuppiter æquus
Prodigus effudit pleno sua munera cornu.
Iam tibi procumbit vultu festiua sereno
Patria, serta parat, grauibus diademate curis
Sudantes ornare comas, & brachia sceptro.
Hoc dulci mulcent nocturna silentia cantu,
Aequoreum dum verrit iter, placidisq; triumphat
Classis aquis. Nymphas tum Proteus excipit ore
Vaticinans noua fata Ducis, gratamque recepit
Echo aurã, & bibulas geminans transmisit ad aures.
Sume animos, vultus recrea, redimicula crini
Candida flauenti cingas speciosa Virago
Ausonia, & mœstum diffunde in gaudia Pectus,
Desinet immitis iaculari spicula Mauors
Non resonos lituos, non classica tympana tundet;
Tutaq; per latios ibit Pax aurea campos,
Adriacusq; Leo ponent, Iouis ales Iberus


San-

Sanguine feruentes iras: tuque inclyta Ponti
Iam pandas læta sinus Neptunia Diua,
Læta per Adriacos traduces otia fluctus;
Protinus effugient celeri tua littora cursu
Eumenides, vltra nutrient non antra Cyclopas,
Harpyiasue truces, & turpes sanguine Cacos;
Aurea florebunt iterum sed sæcula, & alto
Hesperiam cælo veniens Astræa reuiset.
Qualia concipio vera præsagia mente:
Longæuos tibi læta dies Dux inclyte ducens
Lenta manum aurato glomerabit vellere Parca;
Quidquid erit mortale adimet post lustra, supremis
Tandem semideis cæli teque inferet altris.
Dixerat, interea felici ad littora cursu
Qua mare fluctiuagum refluentibus æstuat vndis,
Et Padus irrumpit festina aduenerat alma
Classis ouans. Illi vero Heroina superbos
Victori reduci plaudens erexerat Arcus;
Romuleæ in morem pompæ, faciemue triumphi.
Quid lætos referam resonanti hic littore plausus?
Quid pia vota virum? cum toto Diua voluptas
Sparserit ipsa sinu dulci iam pectora rore,
Aeris effusi volitentque per auia Amores?
Ast vbi sydereas maiori lampade flammas
Lucifer assurgens summo decussit eoo,
Ambrosia saturis, & luce nitentia Phœbi
Fræna ligauit equis, gelido qui rore madentes
Concutiunt ceruice iubas, tùm pergere ad Vrbem
Mandat Honos, celebrem disponens ordine pōpam,
Feruidus & ductat Romano more triumphum.
Certiùs huic vno cedens discrimine Romae,
Clariùs vt fluidis surgunt Capitolia campis.
Bis seni Proceres plaudente exindè Celoci
Clara trophea ferunt; non vna hic ludere forma,
Multiplici certare iuuat; namque illa Leonem
Hæc Delphina refert, simili nec imagine gaudet

Currere bina salo. Fluctus tu prima secabas
Remige stellanti fulgens, cui stemmata præstat
Augustum Pisana decus; Tigridemque furentem
Assimilata volas, fuluo spectabilis auro
Deuicta expandis Thracis vexilla Tyranni,
Contusas acies, & tela furentia telis,
Barbaricam classem, primo quam flore iuuentæ,
Pectoris excepit clypeo, discrimine vitæ;
Proxima magnanimi vultus imitata Leonis
Cui titulos Mocenica suos dat Pacis alumna,
It niueas inter splendescens æquoris vndas,
Remigio speciosa pari, vix lambere fluctus
Visitur, impulsu & celeres præuertere ventos;
Vrbanos fasces insigni ostentat honore,
Vexillo variata vagè ciuilia pandit
Munera, purpurei & præfert decora ampla Senatus;
Maiestas nitet alma togę, qua clariùs Heros
Cynthius auratis quàm cęlo fulgurat astris.
Ponè sequebatur vario distincta decore
Puppis, in aspectu celerem Tritona figurans,
Cui præbet Grimana iubar, quæ prouocat vndas
Incita remigibus, celerique illapsa rotatu
Ventilat auratum refluas insigne per auras,
Medoaci viuum cui spirant margine Turres,
Antenor pictusve micat, colludere Musæ,
Pegasei viridi manantes gurgite riui
Carbaseo picti velo renitere videntur.
Exin Syrenæ similis volat æquore, fulgens
Insigni Bragadena tuo, cui mille renident
LILIA, & expansi referunt sponsalia seres,
Sequana quæ celebrat. Niueis dein Pegasus alis
Puppe tua Caballa nitet; Gymnasia magno
Doctaq; vexillo gaudes fulgere Lycæa
Remorum vi pulsa secans cita marmoris vndas.
Hanc prope contundit veloci remige fluctus
Cui titulos speciosa suos Cornaria donat,

Ora Indæ formata feræ; quæ ferica pandens
Lina auris, viuo præfert animata colore
Prudentis pulchra ora Deæ; Post vellera ventis
Expandit, claro cui præbet stemmate auitas
Iustiniana faces, frenis Nemesimque nitentem
Ostentat; pelagus medias metita per vndas;
Postea sed vultus Pantherę induta minaces
Illa volat delapsa salo, Pisaura decore
Insignit quam clara suo, cui vela refulgent
Ancili, galea, fortis gladioque Leonis.
Tum Pardi vultus, oculosque imitata furentis
Insequitur festina gradu, Cornelia honestat
Quam multo splendentem auro; cui vela coruscant
Mœnibus, atq; oculis, vigili insignita Dracone.
Hanc iuxtim rostro sed Monocerontis in æquor
Irruit, augusto splendescens lumine Landæ,
Armataq; acies inimicaq; spicula Martis
Vexillis hic sculpta micant, & Adorea palmas
Hostibus euictis viridi plicat inclyta campo.
Proxima cęruleis veniens exertat ab vndis
Harpyiam rostro insignem, quę pegmate gaudet
Contarena tuo discindere remige fluctus.
Exerit hic niueas pictus Cyllenius alas
Pacifera insignis Virga, cui spicula circum
Plurima fracta iacent, flauis oleagina stelis
Serta virent, spicas iactat cerealis arista.
Iam viden vt valido volitans super æquora nisu
Obluctetur aquis, pulchrę illa Viraginis ora
Excelso referens clauo, quam gloria tollit
Bemba suis titulis, radijsque exultat ouantis
Sola Ducis Cidarim gestans, vt ventilat auris
Vexillum? vt lymphas & circinat acta sequaces?
Cyprigenę volucri similis citat altera fluctus
Inde celes quanto viden ista superbiat aurea
Puppe nitens? ostro tincti dant lintea feres,
Remus & impellit liquidas argenteus vndas,

Intexti argento fulgent, auroque rudentes,
Atque intus pulchrę Charites, Nereides almę
Festiuo ludunt risu, blandique lepores
Decurrunt per transtra, leuesque iocantur amores;
Inclyta splendescunt vbi conopeia gemmis
Hic flauentes Heroina PRIVLIA splendens
Compta comas, auras augustą fronte serenat.
Qualis victori quondam Cleopatra Quirino
Occurrens muscosa micat per littora Cydni.
Haud secus & reduci victori nata Parenti
Applaudens inter denas hæc splendida nymphas
Par Veneri aspectu fulget; decorare triumphum
Felicis iam perge Patris pulcherrima proles.
Ecce autem rutilis gemmis, auroque nitentem
Ductat Honos puppim, fluctus augustior Argo
Cæruleos findit, non mali vela loquaces
Hic crispant ventis, modulos sed verbere dulces
Inflectunt remi, tundentes æquoris vndas
Ad numeros, metrūvè sonant; hac syrmate Princeps
Inclytus augusta centenos fulgurat inter
Maiestate Procos; solij sublimis honore
Vndiuago vectus curru, prospectat ouantes
Pectore lętanti ciues. Quid singula pergis

Anxia Calliope? classem censere sequacem
Quis potis? en quando conuulsa è sedibus imis
Adria tota ruit; proiectat lęta rudentes
Vrbis in aspectum Puppis; iamque aera bombis
Fulmineo terrore cient caua tegmina ferri:
Ingeminant plausus ciues, crebrumq; triumphè
Insonat. Has inter voces tibi Musa silendum,
Dulcia ne strepitus disperdant carmina vocum.



Carmen

Carmen Propempticon.

AD FRANCISCVM VENDRAMENVM.

electum Patriarcham Venetiarum.

Romam adeuntem.

DIc musa aurato recinens noua carmina plectro,
Adriaco Cytherea sinu, comitesq; per vndas
Cæruleas Nymphæ; dum Vendramenus ad Vrbem
Approperat, cantu quid nam plausere sonoro?
Scilicet, attentos placidum siluisse per æquor
Vidimus horrendos pisces, lætoq; natatu
Ponè ratem, plenis vbi soluit carbasa ventis,
Delphinas innare mari; bibula excipit aure
Pieridum pubes, meditatos incipe cantus.
Ibat Diua Cypri niuea super æquora concha
Idaliæ & secum famulæ, festiua Iuuentus,
Et graciles vultu Charites, & lęta Voluptas,
Et medio volitans paruis amor aureus alis.
Fluctibus errando placidis, modo vocibus auras
Ad numeros comitante Chely complebat; amores
Illudens, ignesq; nouos, & gaudia Protei,
Nunc rapidum Tritona innantem fluctibus vdis,
Squamifero, & dorso turbantem littora, telis
In risum resoluta, procul quatiebat: in iram
Qui gliscens, vndas ingenti verbere caudæ
Findit, & irrorat non grata aspergine Nymphas;



Mox inopina ratis, quæ plenis explicat auris
Lintea, & vndantes contundit remige fluctus
Visitur æquoreum felici verrere cursu.
Campum ex vrbe maris; firmat Cytherea sorores,
Atque ait, ò sociæ, quæ nostris puppis ab oris
Cęruleas diffindit aquas? quis nostra relinquit
Regna? aliud molitur iter? quò tendit? amœnæ
Cum vaga tranquillat Zephyritis flamine pontum?
I, celer, ò mi Pusio amor, mihi subdole mentem
Consiliumve refer, pelagi quæ littora tendat,
Quem ferat illa ratis, causam rimare, latensve
Quidquid erit: rediens duo poma recentia dono,
Hesperidum accipies nuper viridantibus hortis
Decerpta. Ille citus candentes explicat alas
Ex humeris, motansq; alterno verbere, matris
Explorator abit, quà nauis Cærula sulcat
Aequora, transgressus puppim, faciliq; volatu
Substitit, antennæ spatio, se se occulit inter
Carbaseos limbos, plenis sinuantur ab auris
Quà vela, & valido discindunt impete fluctus.
Illic cuncta sedens, tacitus notat, ignea voluit
Lumina quòcunque & cupidas celer arrigit aures.
Atque vbi detexit, subito stridentibus alis
Inde volat; qualis cum retibus incita perdix
Venantum clamore fugit; veloxq; per auras
Nuntius optatus, rediit, roseoq; receptus
Rettulit ista sinu: Præstans enauigat Heros
Inclyta septeno se tollit colle Quirini
Quò vrbs, tamen Adriacas iterum rediturus ad oras
Vendramenus, abit Venetæ vnica gloria, solus
Vrbis amor, speratus honor, quem copia fandi
Ditat, & eloquio duras compescere tigres.
Nestorea non laude minor, liquentia ab ore
Fundere mella potest; roseus cui dulcior hyblę
Sermo fluit Cytherea fauis, cui candicat alma
Mente color, gratos cui spirat pectus odores,

Quem Pietas, Probitasq; simul, quemq. inclyta vir-
Nutrices pauere piæ, tenerosque per annos (tus
Sustulit æterna à cunis vaga gloria laude.
Dixit, & arridens iniecit brachia matri
Lætitia perfusus amor, terque oscula fixit
Grata genis; puerum pendentem pectore at illa
Ocyus exturbat collo, manibusq; remulcens
Candidulos vultus, roseis terque oscula reddens
Prona genis, hilaris comites ita fatur: Amicæ
Quid ni igitur celeri dum remige nauigat Heros,
Vel cantu tardemus iter, vel numina votis,
Felices reduci speremus & æquoris auras?
Aduolet huc placidus Zephyrus, rorantibus alis
Vadantes tranquillet aquas, vaga flamina spiret,
Plenaq; rostratam sinuando carbasa, puppim
Impete compellat fausto, reducemq; secundus
Et vehat, & reuehat Romana ex Vrbe Voluptas
Impulsu iucunda tuo, discurre lepore
Insolito diffusa mari, gracilisque per vndas
Lætitiam diffunde nouam, imo in gurgite piscis
Sentiat insolitos ignes, placido ipsa volatu
Omnia discurrens passim, risuque serena.
Ecce Voluptatem, varijs dum prouida iussis
His onerat, lætumq; iubet succedere pontum,
Paruulus assidens auriga flagellat olores;
Incita concha leuis cursu volat æquore aperto.
Iamq; propinquabat naui, qua ducitur Heros
Vendramenus; cum celeres remoratur habenas,
Et sensim insequitur, puppim prope remige labens.
Tum venus auratum percurrens pollice plectrum,
Et sociæ Charites varia instrumenta canoro
Cantu animant, secum resonis concentibus omnes
Adriacæ, & Nymphę reduci noua carmina dicunt.
Prima sonum Cytherea ciens, sic concinit auris;
I felix Venetæ lux Vrbis, gloria, splendor,
Adriaci spes alma maris, spes vna tuorum.

I felix,

I, felix, quò septeni se vertice colles
Tollunt, & totum prospectant lumine mundum,
Alta triumphantum numero, Capitolia Romę.
Inclyta ibi virtus, præstanti luce refulsit.
Iàm tua Vendramene vago diffusa nitore
Insólitos sparsit radios: nouus hospes ad Vrbem
Non ibis: defixa tenet vestigia laudis
Illa tuæ, & partos seruat virtute triumphos.
I, renoua rediens veterem splendore decorem;
Ecce, tui verus tanti prius augur honoris,
Et largitor item, summa te sede moratur.
Arbiter húmani iuris, cęlique Sacerdos
Paulus; auet dudum niueam præcingere frontem
Ipse tuam, sacraq; caput redimire tiara:
En vt rellìgio violas tibi sedula legit,
Ipsis in Cæli semper viridantibus hortis,
Imbuere atque parat digno medicamine Vestes.
Quin etiam, video lætam per littora ponti
Muricibus complere sinum, tibi præparat illa
Purpureos succos, violis vbi tinxerit; ostro
Depinget vestes, multo miniabit, & auro.
Auguror, haud vanam ludent præsagia mentem:
Quid ni? si probitas animo tibi candida regnat,
Si pietas armat pectus, pudor inclytus altam
Mentem animat, magniq; faces agitantur honoris
Corde, & si totum munit sapientia Cæli.
Dulces si fundit latices tua copia fandi.
I, fęlix, reduci magni spondentur honores;
Vos, qui Cęruleos turbatis flamine fluctus.
Sæpe maris, venti, diris vos parcite nimbis;
Vos Eurusque, Notusque, vaga pellacia spiret
Aura, dùm properè Adriacis eremigat Vndis,
Velaque pandantur Cælo felicibus auris.
O qualem Romam patriam deducet ad Vrbem
Hæc iterum heroem cursu ratis incita fausto.
Talia dum dulci modulatur carmina cantu

Adriaci

Adriaci Heroina maris, Nymphæq; recepto
Carmine respondent, portum tenuere secundum;
Antonis, siluit: fundarunt littora puppes.

Ad eundem rubri galeri dignitate

A PAVLO V. PONT. MAX. insignitum.

FElices mihi pande auras festiua Virago
Mnemosyne, & cupidę recolas miracula mentis,
Dędaleo quæ pinxit acu dum stamine texit
Inclyta facta Heroum Vendramenia Virgo:
Et mihi tu facilis recinenti allabere versu,
Afflatu lætumq; doce me fundere carmen
Musa tuò. libeat meliori deferar œstro,
Mutatas resonant violas dum plectra colores
In roseos, & splendet Vendramenus honore
Præsul purpureo; sacros mihi pande recessus.
Venatu Herbina Maris pulcherrima forte
Venerat, augustas ædes festiuior intrat
Protinus, & sudore fluens, madefacta per artus,
Secreti repetit festina cubilia tecti.
Ocyùs assistunt famulæ, Adriacæq. sorores;
Tollentes humeris, sublato syrmate, vestes;
Detergunt niueo sudant qui corpore rores.
Pars pulchros, tenerosq. fouent sudore madentes
Artus, & calidis alternant lintea pannis
Obsequio Dominæ celeres: commune capessit
Et nurus ancillæ munus, pariterq. ministra
Est ancilla nurus; sic mutua munera pendunt
Sollicito studio Heroinæ & candida curant
Pectora,

Pectora, & optatæ componunt membra quieti.
Ergo vbi iam somno nutantia lumina visa;
Hinc læua, hinc dextra gemino pulcherrima flabra
Accessit virgo; difflatam verbere & auram
Artifici motans, lenem, tenuemq. soporem
Flamine procurat: thalamo ast Odeia propinquo
Et benè docta modis resonas Auleia chordas
Tangere virgo lyræ, submisso hoc murmure carmen
Occinere incipiunt. Excelso Diua Leone.
Insignis, dextra magnum placidissima sceptrum
Quæ geris, arbitrio adriacas moderaris & vndas,
Aurea iam cupido componas lumina somno.
Heroum genitrix, altrixq. eadem, inclyta Martis
Pignora & armatæ nutris quæ cara Mineruę;
Fulgura dum bello, blandissima lumina pace
Esse facis, primi renouare & secula Mundo.
Aurea concepto iam cedas lumina somno
Semper fœcunda, eflæta & nunquam exeris alta
Vt virtute viros? En Vendramenus in ostro
Fulgurat insignis; roseo diadema coruscum
Crine effert: vni quid nam natura negauit?
Prodiga quid non concessit? sapientia munit
Mentem; mellifluo linguam suadela lepore
Imbuit; instillant cęlestis vellera roris
Et Charites, omnesq. effundunt nectaris imbres:
Scilicet è partu hunc niueis suscepit in vlnis
Alma Charis; teneris formauit & aurea palmis
Membra Venus; lino constrinxit brachia Pallas;
Lac Piatas plenis ori blandita papillis
Admouit, solidumq. dedit nutrimen amata
Relligio: sacri secum lusere lepores
Semper, & æternis comitata est gloria fastis.
Armiger almus honor; pudor inclytus arma mini-
Ad laudes, idemq. comes, sociusq. triũphis. (strat
Excelsi venerraris adhuc Allobroga Diua
Fulmina & eloquij; quin suspicis vna tonantem;

Anne siles immota velut de Gorgone visa
Huius responsis vndas quæ lambis Iberi
Aequoris, & multo fulges diademate magnâ
Diua solo? An Rhenus, num sequana pectoris almi
Mirata est mentem? Quid? celsus & Austrius hæsit
Istius imperio linguæ, cessitq. loquentis
Perplacidus dictis. Sed te refluentibus vndis
Tollentem referam rorantia tempora Tybris.
Magne Tybris, placidis vt sæpius auribus hærens,
Altisono resonat dum Vendramenius Heros
Ore, tonatq. loquens, atq. aurea fulmina fundit
Mentis, labentes tenuisti gurgitis vndas,
Post mitis lætas errare licentiùs amne
Iussisti, illectus magna dulcedine linguæ.
Blandus Amycleæo roseas in flumine vestes
Nunc tinctas donas, vario quas stamine neuit
Relligio, manibus Pietas & consuit ipsa,
Excelsis humeris componit cælicus ales.
O qualem Adriacis Heroam fluctibus auffers?
Nos tamen haud viduas fulgenti hac lāpade prudēs;
Hic aget excubias Veneti nam pastor ouilis,
Anxius & vigili defendet lumine caulas
O qualem Heroam Adriaci tibi donat alumnum
Heroina maris, roseo quem vestis amictu,
Insigni & donas capiti fulgere galero.
Auguror huic etiam triplicem miniare tiaram
Dudum auro, roseo criniq; aptare parantem
Te video; video niueis fulgentia vittis
Tempora & æthereas manibus descendere claues;
Vt cęli, & terrę liceat reserarier vni
Iure fores; sacro solio rutilantia sceptra
Excelsa quassare manu; componere leges.
O qualem Heroam Venetum Heroina resignas.
Hæc dulci ingeminat resonanti Odeia cantu,
Flexibus & varijs modulata remurmurat aptè
Gutturis in dulces & temperat organa voces,

Flectere

Flectere in innumeros cantum benè docta recursus.
Qualis dulcè sonans Luscinia sibilat auris,
Crebriùs inflectens modulos geminata resumit
Carmina, partitur cantus & voce tenorem:
Haud secus illa etiam numeris coniuncta canoris
Verba animat, cantu somno blandita cubantis.
Excitur cantu Diua; & vaga lumina pandens
Ex oculis niueo detergit pollice somnum;
Et roseas rubicunda genas festiua serenat
Vultu auram; veluti primos Pallantias ortus
Lumine cum roseo summo patefecit olympo;
Fax inopina auris claro splendore renidet;
Et colles, montesq. beat circum vndiq. risu.
Surgens ergo toro Heroina resumit amictus,
Et velat niueum pretioso vellere pectus;
Dum capiti crinale parat placitura verendo
Pulchra magis visu, comit crinemq. repexum
Innumeris nodis aptatq. ancilla Cypassi;
Altiùs ingeminat resonanti gutture carmen
Docta Odeia modis, comes itq. Auleia plectro:
Magne Heros ò præsul Vendramene, Leonis
Pecte iubas, factis excelsior: exere laudis
Lumina clara tuæ: fortuna inuita secundat
Virtutem; obsequio placidè officiosa beatum
Illa tibi voluit plaustrum non dura rotatu.
Non votis satis illa fauet. merita ampla rependit
Magne Heros: magnis submittit Gloria fastis
Nempe tuis illam; atq; insignia facta veretur.
Iam tibi felices molitur ad omnia gressus
Gloria virtutis comes; hæc tibi pensat amico
Fœnore susceptos inuicta mente labores.
Cinge vagos tandem lætanti murice crines,
Et violas confunde rosis, Francisce, virentes.
Sic duo fulgebunt cęlo noua sydera nostro.
Magnanimi mulcet manibus dum colla Leonis
Horrendum fulmen belli; capitiq. coruscum.

Cornu

Cornu Bembus habet, libratq. examina lancis;
Et Vendramenus sacro dum purpurat ostro:
Cuius fama licet lituo sonet incita magno
Facta; minor tamen ipsa silet caua buccina factis;
Iucũdum stridetq. oneri haud benè firma recumbẽs.
Nescia tot laudes dignis attollere verbis:
Quæ solet incrementa alijs adiungere voce,
Turgida & elatis deferri expansior alis,
De te, non fucis nunc oblita facta profatur;
Grandiùs haud resonat vero; sincera loquentem
Audio; æterno & solùm dignissima cedro.
Nunc age, Magne Heros, roseo præcingere serto;
Iunge rosis violas; Probitas quas legit amanti.
En Vaticana displosa tonitrua ab arce
Sentio, lætitiaq. solum Francisce triumphans,
Feruere: iam tandem excelsæ magnum decus Vrbis,
Et nitidum diffunde iubar, te Roma moratur.
Hic siluit Cantrix; thalami nam plura volenti
Alma magistra vetat: Regales comere crines,
Crinibus augustam roseis aptare coronam
Desierat gemmatam auro; chlamidemq; recincta
Heroina maris iam sede erexerat armos;
Visere & extemplo properabat septa Gynæcei.
Est locus interna regalis sede repostus,
Arte laboratus multa; cui dædala cedunt
Ornamenta operi: septem miracula fastum
Ponunt; niliacæq. silent insignia Memphis.
Artificis commendat opus natura, superbo
Inuida se vinci luxu indignata: renident
Augustæ splendore fores, quas gemmeus ornat
Hinc, atque inde decor: pario de marmore surgunt
Auratis nixæ basibus mira arte columnæ;
Atq; hebetãt splẽdore oculos lita marmora, gẽmis
Fulgida millenis, varijsq. recincta corymbis.
Magna corynthiaco ex opere hinc adamantina visu
Liminis ostendunt latera; hac & plurima circum,

Auri

Auri ducta micat subtilis bractea filo.
Liminis ingressu primum patet aula decore
Regia; gemmantis lapidis cui tegmina mille
Lecta solum variant, & litostrota renident
In morem viuum spirantis picta figuræ.
Aurea respondent simili laquearia formâ;
Ludit opusq; operi, speculo ceu reddita imago
Picta solo facies similis laqueare refulget:
Ambit marmoreos muros operosa coronis,
Mille vagas referens statuas, insignia mille
Heroum legeres oculis, seu bellica Marte
Facta cupis fausto, magnos seu pace triumphos
Delectat spectare oculis: primordia & vrbis;
Incrementa simul, variumque vt sæpe tenorem,
Mobilis imparilesq. vices fortuna reuoluat;
Et tamen audaces nunquam demittere crines,
Inuictumq. aulæ in medio luctante Leonem
Hoste vides; niueis virgo quem regia plantis
Lambit,& aurato collum premit inclyta sceptro.
Nil nisi præcelsum cupida quò lumina vertes
Mente leges; aula nil non regale nitebit,
Vel quod peniculus, vel ferrea cæla laborent.
Illic Neptunus geminum Tritona flagellat
Aequoreo inuectus curru: fundamina ponit
Vrbis, sollicitusq. iubet noua mœnia ponti
Cæruleis innare vadis, miracula pandens
Aemula Tarpeio monti; maris inclyta condit
Tecta vndis, totoq. salo componere ciues
Iura finit, iustæ & donat moderamina lancis.
Inspectante tamen non toruo lumine cælo
Ista Ioue: aspectu mandat nam sydera fausto
Mœnibus influxus positis spirare beatos;
Aethereamq. nouæ felici destinat vrbi
Ex primis mentem: vt custos procul arceat omnes
Aduersos casus, omnemque repellat Erinnym,
Fulmineos ignes,& sæua tonitrua belli.

Vndiq.

Vndiq. visuntur celeres hinc feruere ciues;
Bellua dum glifcit diris effrœna ruinis
Attila, & immani ferro grassatur in omnes;
Prodigium horrendum cœli, feraleq. fulmen
Demissum terris: tutum sibi quærit Asylum
Territa turba mari; fluidis sic innatat vndis
Facta frequens Vrbs alma sali; sublimis & effert
Perpetuas molita vias sibi libera palmas:
Nec manicis patitur vinciri, aut compede, sæuum
Excutiens secura iugum, pedicasq. Tyranni,
Nec senium passam viridi vernare iuuenta
Dixeris, imperij æterno florere nitore.
Facta coloratis cernes laudata figuris
Augusta hinc aula. Iacet effera pestis, acerbam
Despumans animam letho Carrara tyrannus:
Hic renouare iuuat sæuum submittere & hostem
Cornua clauigeri victum senis impia plantis.
Hic viden? odrysias viduatas remige puppes
Naupacti excidio fractas innare per vndas:
Dalmata terra ferox submisso poplite adorat
Reginam, & miti declinat colla Leoni.
Stat parte ex alia domitrix Macedonia quondam
Orbis, diuisos & ponit pallida fasces
E diro Thrace ereptos, seq. implicat alis
Tuta Leonis: arat fluctus Cytheræa benignos
Aequoris ipsa etiam Adriaci, Cyprumq. feracem
Pulchra coronatis donat deuecta quadrigis,
Florigenamq. Paphum: Dictæo Creta Tonantem
Antro quæ pauit; sudat cui nectara cęlum
Mellifluosq: premit Baccho spumante liquores
Visitur oranti similis procumbere Diuæ,
Prona fidem spondens, & sancti fędera iuris.
Cętera quid memorem? decorant animata colore
Fausta per egregiam depicta insignia sedem
Mille nitent, fuluo quas pictor vestijt auro
Effigies, pariesq. nitet litus vndique gemmis,

Hæc aditum Diuæ ad ſecreta cubilia pandit.
Haud opere abſimili: pretioſo gemmat Achate
Fornicis in morem diſtinctum rite lacunar;
Berillo fulget paries, varijsq. ſmaragdis
Inde ſolum, premiturq. ſimul cryſtallina Iaſpis,
Nulla ſed hac vaſto ſedes eſt pulchrior orbe
Aurea vbi tuto dominans ſpatiatur Honeſtas,
Sincerusve Pudor, niuei comitesq. Pudoris
Pectoris illæſus Candor, mentiſque Venuſtas?
Hæc ſtatio ancillis, regali Diua decore
Quas ſolio,& ſceptris regnorum deſtinat amplis.
Hic illæ exercent iucunda per otia luſus,
Affectant ſtudijs, qua ducit Adorea olympo
Ire via. Primas inter ſe Bembea tollit;
Bembea Phebæa vernant cui tempora lauro,
Aonios tractare modos docta, ardua Martis
Tela manu pariter valida torquere per hoſtes.
Et pudibunda oculis huic Vendramenia virgo
Accedit; roſeo fundit quæ dulcia ab ore
Mella loquens,verbisq. trahens adamantina corda
Dulcia pectoribus tendit retinacula amoris.
Eſt & auis,atauisq. potens Mocenica Virago,
Omnibus inſignis ſtudijs, quæ pectore ſolum
Alta ſapit, ſertove quater vaga crine coruſcat.
Dandola; Delphineq; Priulia, Pontea, Zene.
His Comes eſt Maripetria, Iuſtiniana,Griteque,
Regia, pulchra comas, & Diuæ cara Cytheros
Se ſe offert ornata roſis Cornaria Cypri.
Artibus excellens varijs Grimana triumphat.
Mauria virgo hilaris,patrię quæ nutrit amoris
Corde faces; clypeo fulgensq. Veneria Martis.
Pulchra genas, radiata comas pia Virgo Miana
Par Diuæ aſpectu: ſtat Maurocenia; Mema;
Atq. aliæ innumeræ; cordis quas viuidus ardor
Et virtus agit in laudatos nobilis auſus.
Regina huc ergo frontem depexa ſerenam
(Col-

(Colloquijs assueta diem nam fallere) venit.
Constitit ante fores festiuo viuida vultu
Et circum torsit leni vaga lumina flexu;
Iucundam ridens oculis afflauit & auram
Protinus assurgunt omnes: fit plausus, & oris
Murmur abit varium: gliscit in pectore Nymphis
Ardor, amor Dominæ. Gemmatæ vestis at imum
Inflexu complexa manus, dedit oscula prima
Bembea; ponè aliæ; lateriq. est addita dextro.
Semoto sed forte loco vaga lintea Virgo
Insignibat acu tunc Vendramenia, filis
Sedula multiplici variabat imagine telas:
Flauentes incompta comas: assistit at olli
Pusio Honos, oculis animataq. stamina telis
Igneus aspiciens. tacitus relegebat ouantis
Francisci facta Herois contermina cælo,
Incensas & corde faces, famæq. potentem
Ardorem, Patriæ deuotos sæpe labores;
Quæq. animat Virgo variatis vellera nodis;
Ore ruber, flauusq. comis, cui flammea vultu
Lumina, & augustam spatiosa margine frontem
Explicat; auratam dextra paruamq. pharetram
Sustinet. Intenta huic operi non senserat almæ
Reginæ aduentum Virgo, properabat & aptè
Lina colorato insignire albentia filo;
Et complere orbes, auro miniareq. fuluo
Cœperat in pulchros subtili vellere amictus
Industrem sinuare manum: cùm personat auri
Nympharum strepitus; subitoq. excita laborem
Deserit inceptum: rubeus pudor errat honestis
Permistus candore genis; & purpura vultus
Infecit niueos: non sic argentea candent
Purpureis immista rosis vaga lilia: non sic
Fulget ebur, tyrio quod fœmina tinxerit ostro
Lydia; non roseos sic Aurora exerit ortus;
Vt pudor intacto candescit lacte genarum:

Miranti similisque hæsit. Prior ipsa silentem
Compellat Regina maris: cui stamina sudas?
Cui tanti officiosa paras Virgo inclyta doni
Heroi precium? cui regia vellera amanti
Pingis acu? blandiris Honos cui parue triumphis?
Subdole quis celsos concepit pectore & ausus,
Egregijs ictus iaculis? hæc laurea crini
Cui sudata datur? stimulis quod Gloria pectus
Exacuit cognata tuis? ego nescia solum?
Ede laboratos Virgo mea stamine honores.
Risit Honos; flauam per candida colla vagantem
Aptans cæsariem; glomerataq. lintea velo
Arripiens: relege hic Venetum quid maxima virtus
Possit, ait; dignosce tuum cui munera amanti
Syrmate purpureo pia Vendramenia texit;
Vela manu: hæc & erũt Romæ noua carbasa forsan,
Clauigeram fausto puppim quæ remige, vento
Impellent; trinæ capitis fulgore Tiaræ
Cum radiabit apex; quæ præmia donat & omne
Emensum virtutis iter? quæ gloria cedit?
Dixerat; arreptum velamen & explicat aureum:
Vt stetit ante oculos Diuæ; stupet illa, superbum
Vt conspexit opus; per singula lumine oberrat,
Industres mirata manus; Sed detegit omne
Et digitis designat Honos. Hic, inquit. vt infans
Insignitus acu cunis prope vagit, vt ori
Agmen sistit apum, dulcisq. examina mellis
Stipant, facundæ dubia haud præsagia linguæ.
Concipit hic puber diuinos Palladis haustus,
Pieriumfontemq. bibit: perlustrat ephebus.
Feruidus hic docti spatiosa vireta Lycæi
Egregijs studijs magnam exercensq; iuuentam
Pictus hiat laudi illic: iam iam fulminat ore
Punicea insignis palla, claroq: Senatu
Ordine conscriptus sapientum personat altè,
Inuitos animosq; trahit, velut Orpheus aurea

Diras torque feras, animataq. saxa lepore:
Excipit hunc læto venientem Allobrogus Heros
Amplexu; magnos ostentat Iberia fasces
Hic meritum pendens, insigni & donat equestri
Facundo famulata animo, vinciq. loquente.
Haud inuita finit: fama iam clarior aulam
Maiestate petit grauior, factisq. verendus
Augusti; rapidas Rhodani mox fila per vndas
Depictas ducunt; sensim per & aurea flectunt
Lilia: regale hic declinat Gallia sceptrum
Mitior, & faciles votis accommodat aures.
Tuq. etiam flauos vndis Tyberine reflexus
Magne Pater glomeras; precioso hoc stamine picta
Sæpius Heroi aduenienti admurmurat vnda
Plausibili lætata sono: nempe excipis alma
Roma virum, puros & libas oris honores.
Tuq. etiam contexta nites via lactea filis
Flammantes iaculata faces; vos sydera sena
Sena laboranti lucentia sydera seclo;
Vos veneror; vereorq. decus quod poplite flexo
Clementē ante Patrem Heros Vēdramenus adorat.
Sed viden? Adriaco hic lætus Neptunus vt imo
Colluctetur equis? redeuntem suscipit ecce
Ipsa sinu Patria, & saturata murice veste
Emeritum gratata ornat: maioraque factis,
Auratasq. stolas, atq. aurea cornua crini
Grata daret; sacris sed crinibus infula cęlo
Anticipata ruit: venerari lætior inde
Pastorem, æthereis qui te per pascua campis
Ducit ouem errantem, sacroq. recludit ouili.
Purpureos iterum pictos sed cernis amictus?
Hos Charis, & Pietas manibus num consuit ipsa,
Imposuitq. humeris? tamen hic haud cessat honoris
Meta: manent summa, speciosis lintea filis,
En viduata iacent: ampla & patet area magno
Pingenda Heroi. Silet hic rubicundus honestè

Pusio Honos, Vēdramenæ & vaga stamina Nymph
Reddidit: illa genas roseo suffusa rubore
Reginæ intentos oculos defixa tenebat.
Diua hilaris tunc læta trahens suspiria corde,
Lætitiæ argumenta dedit; terq. oscula Nymphæ
Delibat gauisa genis: atq. imperat vltro,
Instaurare choros, solemnes ducere pompas.

EVCLEIA
Ecloga

In ingressu auspicatissimi Patriarchatus

Illustriss. ac Reuerendiss.

IOANNIS THEVPOLI

PROLVSA

Alethæa. Eucleia. Eusceia.

Eucl. QVæ me sydereis festino lapsa volatu
Sedibus, Adriacis vbi surgit nabilis vndis
Vrbs ingens immota sali Neptunia, ducis,
Maxima Nympharum, Alethæa, nitentior vna;
Tuque Comes gaudens niueo Euseuia vultu;
Nunc agitè; Heroem resono, caua buccina cantu
Quem mea per cunctas Orbis iam deferet oras,
Grandior vt digno comitetur Gloria plausu?
Hic fœcunda Ducum, Heroum hic Berecynthia sede
Sessitat: hic passu festina licentiùs errat,
Magnanimasque quatit generosa in pectora virtus

Alma

Alma faces: ampla hic celsi iacet area Honoris.
Quid nectis mihi sera moras, quid gaudia differs?
Excelsùm nunc ære cano, sonituque potenti
Concutiam terræque plagas, Cælique nitentem
Axem, terrificoque Orbem miscebo stupore.
Nam quis magnanimus factis affectat Olympo,
Constanti virtute viam; quis nobilis Heros
Egregia insignes desudat laude triumphos,
Aeternosque glomeratque dies laudatus in æuum?
Eia iube pandens Heroem, Alethæa, sonanti
Me lituo laudes medium deferre per Orbem.
Alet. Eucleia, aethereos inter quæ sola reflectis
Hùc, illùc aurita oculos, penetrasque recessus,
Iamdudum mirabar enim, non ære sonoro
Clangeret illa tuæ insolitùm caua buccina dextræ.
Ast vbi conspexi viridanti margine fontis
Te Cęlo instratam, lentoque sopore cubantem,
Obstupui; dum causa latet, mecum hæc queror: ergo
Hic Eucleia iaces, altumque è pectore somnum
Desidiosa trahis? Toto num torpuit Orbe
Virtus, magnanimi num spicula hebescere Honoris
Incipiunt, nullusve faces iam concipit alto
Pectore, nec tentat per dura, per aspera gressus,
Vllus amans nec laudis iter molitur ad astra?
An forte è Stygijs exciuit fluctibus atris
Nigrantes Phthonęa faces, ac vndique tedis
Inficit egregios Heroum pallida nisus,
Lucemque obnubit squalenti turbine laudis.
Dormitas Eucleia grauem mea siccine somnum?
Moerenti sic corde gemo, tuque ore soporem
Proflas: cum subito affulsit mihi candida nimbo
Læta oculos ridens blanda Eufeueia fronte.
Depulit hæc curas animi, cum flectere iussit
Lumina, contundit milleno remige fluctus
Adriacos vbi cymba frequens: Viden, inquit, Alumnā,
Illa, meum proceres inter fulgere tiara?

Hic nectis quid mæsta moras? non numine fausto
Imus? ait; simul & somnum tibi blanda repellens
Huc Cælo adduxit celeri Euseueia penna.
Euse. Cur blando segnis recubabas abdita somno
Eucleia æthereas inter vigil vna sorores?
Eucl. Desine scire mei causam pia Diua soporis;
Impia cum bello miscet fera fulmina Enyo,
Sanguineasq; vomēs flammas furit vndiq; Mauors,
Quis Diæ Eucleiæ locus? illa en Martia fastu
Intumet, attollens vanos vaga Gloria crines,
Sola cui comes est volitantis Adorea Martis:
Euse. Mitte queri dilecta Soror; non vna silebis,
Nec raucum deserta diu strepet aurea cantum
Buccina, iam sonitu feries lucentia Cælo
Sydera, & Heroas merito comitabere plausu.
Hic vbi nam sceptro Adriaci Heroina profundi
Fulgurat; Ausonia & solùm mea perfuga palmas
Tendit ouans, ingens & quò se se Itala virtus
Contulit, & factis laudem metitur auitam,
Egregios accire viros potes, inclyta Cælo
Eucleia, æternis inscribere nomina cedris,
Percussura polos sonitu, terrasque potenti:
Aspice, millenos inter sed THEVPOLVS ille,
Ille pius, pius ille, Poli dulcissima cura;
THEVPOLVS, vt sacris velatus tempora vittis
Explicat æthereas augusto pectore flammas,
Præsidis vt Cæli nutu micat vnus honore;
Ille sacri, sanctique tenax, Seruator & æqui,
Sincerus legum Vindex, & Amator honesti,
Puniceis celsos amicitur vestibus armos,
Et sacro fulget cidari vigil Argus ouilis.
Eucl. Nūc agè; Nūc celeres volucri prętenuolo penna
Euasura polo Ventos, & Nuncia velox
Defero magnanimum geminos Heroa per axes.
Perge Comes mecum, laterique adiungere nostro
Alethęa, sonumque iuuet præuertere cantu.

Ecce

Ecce meum;magna & dictes mihi facta canenti.
Alet. Hic prius,ingeminăt vbi læto murmure Ciues
Pastori Pæana suo; sacrata iuuentus
Musis & plausu Patris solemnia ducit
Festa choris, hilares cętu sistamus, & vna
Præsidis alterno cantu celebremus honores. (bę.
Eucl. Quid moror? alternis vos ludite versibus am-
Fallite vos lætè hic tempus, mora plausibus istis
Importuna mihi; celerem sola explico pennam,
Et velox per inane volo: clangore sonanti
Astra ferire libet; sacri memoranda triumphans
Concepit mens facta Patris, moror ista; Valete.
Eus. Siste moras Eucleia tuas, tecum ibimus ambæ;
Sed cantu Adriacas iuuet ante lacessere Nymphas.
Eucl. Incipe,te docto cantu Alethæa sequatur,
Lætior excipiam prolusum tertia carmen
Eus. Pande serenatam felix nunc Adria frontem
En vigil æthereas cælorum ad pascua ducit
Pastor oues, magnus peragit sacra liba Sacerdos
Theupolus: ille, Polus cui nomina,& omina certis
Inscripsit discreta notis;cui symbola cæli
Indidit exornans stellanti sydere mentem
Ipse Deus; Cælum fausto qui nomine gaudet,
Et resonasse Deum. Quid non portendit Olympus?
Quid non despondet celsi molitor Olympi?
Nomine quid Pastor nō spōdet THEVPOLVS?ergo
Plaudite,si quãdo, Adriacæ nũc plaudite Nymphæ;
Concessere pium cęlestia numina Patrem.
Alet. Scilicet hunc Pietas niueis suscepit in vlnis,
Cum primùm querulo vagitu perculit auras;
Cum primùm cępit risu cognoscere matrem;
Hæc lusit secum, hæc teneris adoleuit ab annis,
Incrementa animo sumens maiora resedit
Pectore dein toto; magnæ nutrimina flammæ
Sufficiens Dij cælestia flamina Amoris
Subdidit,& stimulis totam perflauit adactis

Mentem,

Mentem, quæ solùm suspirat numine Cęlum,
Plena Dei: ò lætos, felici hoc Præside, Ciues,
Plaudite, si quãdo, Adriacæ nũc plaudite Nymphę;
Concessere pium cælestia numina Patrem
Eucl. Scilicet egregias augusto pectore curas,
Inclyta concipiens animis ardentibus acta,
Magnanimus fouit; mansuram nomine famam
Excelsum versat pectus, per & ardua semper
Virtutis metitur iter, molimina laudis
Omnia mens voluit generoso concita nisu.
Defuit haud Virtus laudatis inclyta cæptis,
Dum mentem format Pallas, Cyllenius ipse
Plectra mouet doctæ dum dulci murmure linguæ.
Adria quàm felix celebrabere Pręside tanto?
Plaudite, si quãdo, Adriacæ nũc plaudite Nymphę;
Concessere pium cælestia numina Patrem.
Eufe. Instruet hic populos monitis, cui copia fandi
Plurima, qui mentem studijs ditauit honestis,
Consilio, ingenioque potens, qui pandere mentis
Sacra arcana potest, & sese infundere sensim
Ingens Eloquio secretis mentibus vnus.
Et lenire animos, pariter percellere dictis
Pectora demulcens, dulcique adamantina corda
Arte trahens, quòcunque libet depellere sensus
Ille potis: doctè quoties sacra templa canoro
Insonuere sono, sparsit dum semina cęli.
Plaudite, si quãdo, Adriacæ nũc plaudite Nymphę;
Concessere pium cęlestia numina Patrem.
Alet. Imbribus ęthereis, cælesti & nectare pascet
Doctrinæ Ambrosia Ciues; hic scilicet vnus
Libauit puros quino de stygmate fontes,
Et rores hausit Domini; quæ dulcia stipet
Mella animus; plenos diuini Pneumatis haustus
Pectore dum toto exhausit, mensq; Enthea cælo
Se extulit, hic docto potuit depromere sensu;
Sinceros libare fauos, decerpere flores,

Et violis variare rosas, vaga lilia sertis
Nectere monstrabit per lecta rosaria Cæli.
Plaudite,si quãdo,Adriacę nũc plaudite Nymphę;
Concessere pium cælestia numina Patrem.
Eucl. I nunc, i felix plaudentibus Adria palmis,
Te totam compone Deo; te Pastor abalto
THEVPOLVS immissus Cælesti sorte beabit.
Puniceum iam cerne iubar, venerare decoro
Vertice fulgentes sacro diademate vittas.
Vt nouus inspirat Cælestes Entheus ore
Iam totus flammas? dotales indue vultus
Grex deuote Deo, laudem mediteris auitam
Aethereum regale genus; te Pastor obarmat,
Et vires addit, cælestique imbuit imbre.
Plaudite,si quãdo, Adriacę nũc plaudite Nymphę;
Concessere pium cęlestia numina Patrem.
Euse. O quàm sydereo fulgebunt Templa decore.
Alet. O quàm sacra pijs resonabunt pulpita verbis;
Eucl. O quàm cælestis clarescet mentibus ignis.
Euse. Iam cerno æthereos huc labi turbine rores,
Alet. Iam cerno Dios huc Cælo irrumpere Amores.
Eucl. Cerno rosæ Charitem violis intexere flores.
Euse. Vellere purpureo variantem cernin' amictus?
Alet. Velleris hunc rosei cingentem cernin' honores.
Eucl. Audin' Pastori Arx magno tonet Aelia plausu?
Imus,& Adriacis cedamus gaudia Nymphis.
Plaudite,si quãdo,Adriacę nũc plaudite Nymphę;
Concessere pium cęlestia numina Patrem.

GENETHLIACVM
B. Virginis Mariæ.

AVia Bethlemij colitis quæ florida montis,
Quæq. inter ripas canitis Iordanis amanas

Car-

Carmina dulcisonæ Musæ terræ decus aureum;
Virginis ad cunas tenerum date carmen, & inter
Vagitus Diuæ, dulcis modulamina cantus
Pangite, festiuo traducite gaudia plausu.
En etiam cęli modulantur carmina Musæ,
Diuinumq. agitant plaudenti pollice plectrum
Sydereos inter cætus; atq. æthere lapsæ,
Pupæ, cæleSti modulato carmine, plaudunt.
Diuinos sacra fætus enititur aluo
Anna parens, sterilis tandem sacra pondera ventris
Degrauat, & multam compensat pignore prolem.
Audin, pupa vagos vagitus fundit, vt auram
Pectore mortalem captans, pia pneumata spiret,
Vt cęli radios conceptos ventilet ore?
Qualis purpureo cum primum lumine surgit,
Et solis roseos reserat Pallantias ortus,
Et fugat aurato lucentia sydera amictu,
Puniceæ cęlum depingens luce colorat.
Talis Virgineo Mariæ color emicat ore,
Purpureas suffusa genas ceu stella serenat.
Illa renidentem describens ore colorem,
En tenero primos iam format lumine risus,
Diuinum fundens numen, senis inter amatos
Amplexus patris excipitur. Quæ dulcia libat
Basia? vt in lacrimas, dulci dissoluitur imbre,
Lætitiam corde exundantem vt concipit ille,
Vt sobolem stupet ipse suam Ioachimus amatam?
Haud satiare potest spectantia lumina, & vsque
Aspicit, & tacitos obrepere corde lepores
Sentit, virgineos artus dum fascia stringit.
Sed Mariam nutrix compostis sedula cunis
Credidit, & cantu somnum iam prouocat alto.
Virginis ad cunas tu fusos exere cantus
Mens pia, Bethlemiæ quos effudere camęnæ.
Musioto hæc vitrei Iordanis margine ripæ
Vmbrosas inter corylos, platanosq. virentes
Dulcem

Dulcem captabant auram, placidûmq. canebant
Optatæ primos pulchræ Rachelis amores.
Ecce inopina vident miracula surgere rerum
Insolitum viruit florum decus: altior vndis
It fluuius, placidæq. cient noua murmura lymphæ;
Nare per & vitreas conspecti fluminis vndas
Pisces, & varios lusus simulare natatu.
Parte alia spumare auro, gemmasq. nitentes
Eiectare procul sinuosa ad littora flumen;
Atq. improuiso reuirescere lilia flore.
Attonitis hærent animis, dumq. omina tanta
Suspensa mente euoluunt; micat aura rubore
Flammea, & effusis radijs lux circinat arcum;
Inter quam resonant dulcis modulamina cantus.
Tollit tum celeres Anthæa moras cita saltu
Herboso sublata toro: vox assonat, inquit,
Cælestis, sociæ: cæli nosco omina, nosco:
Virginis Isacidæ recinunt natalia Diuæ.
Surgite iam sociæ grandi date carmina plectro.
Hæc effata, viam carpit, quà florida prata
Nazaretha iacent; clarè symphonia cæli
Scilicet hùc placido resonare per auia cantu
Audita, illa ducem sequitur, quæ pleniùs auri
Insonat, & tandem detexit carmine cunas.
Quò postquam ventum: violas, vaga lilia spargunt:
Virginis & magnum plaudentes numen adorant.
Mutua tum Diuos ad carmina prouocat, ipsa
Incipiens Anthæa melos: contendere versu
Audet, & æthereas cantu inuitare camœnas
Tangere docta chelim, genialia nablia palma.
Tantus amor Musam, diuinæ & gratia Natæ
Allicit ad numeros, alternos dicere versus:
Vt licet æthereæ concertent carmine Musæ,
Ausa tamen tentet pugnam; mox incipit ipsa,
Et sociæ excipiunt vario modulamine cantum.
Nascere Dauidis proles, paritura verendum
Numen,

Numen, fœmineosq. inter pulcherrima cœtus
Iam tibi molitur milleno sydere sedem
Fulgentem cęlum: plantis tibi Cynthia luce
Subditur,& radijs Phœbus iam texit amictum.
Sceptra Poli dudum designant regia Diui.
Vt tibi nunc adplaudit Amor? Charis aurea quantis
Te ditat donis? cunas viden illa volatu
Vt circumludat, cœliq. Philædia plaudat,
Atque omnes secum Charites, & candida pennis
Pax cęli niueos induta & Gloria amictus?
Iam tremefacta erebo reprimunt ferale venenum
Tartara,& emeritas horrent fera monstra ruinas.
Cresce puella, Nurus inter pulcherrima, cresce.
Isacidum tu sola genus super æthera tollis:
Tu Saræ prolem; sacræ Rachelis honores
Iam superas, fęcunda Nurus sine labe puella.
Cresce puella, Nurus inter pulcherrima, cresce.
Diæ te sobolis designant numina Matrem.
Tu Dea es,& paritura Deum sine semine Virgo.
Cresce puella, Nurus inter pulcherrima, cresce.
Non tua mortalis curat cunabula nutrix:
Vbera cęlestes Charites redolentibus auris
Prima dabunt, dum præbebunt æthere nectar.
Cresce puella, Nurus inter pulcherrima, cresce.
Virginei flos alme chori: en vaga lilia cunis
Arrident affusa tuis redolentia myrrham;
En teneras lambuntq. genas violæq., rosæq.
Cresce puella, Nurus inter pulcherrima, crescę;
Cresce puella,Nurus inter pulcherrima Virgo.
Hæc Anthæa canit; resonant concentibus auræ.
Tum cęli musæ incipiunt noua carmina cantu.
Ast age, diuinum ad carmen, cane Musa receptum;
Illa pari haud poteris modulari carmina auena.



PVERPERIVM
B. Virginis Deiparæ.

AVrea Virginei renouantur sæcula partus,
Dum nouus æquali moderatur sydera lance
Cynthius, & paribus cælum spatiatur habenis,
Lucentes imitata faces, vaga Cynthia, fratris,
Clara serenata diffundit lumina nocte:
Annus diuinum memorat benè conscius ortum,
Mutatæ natura stupet miracula legis.
Hinc iterum memori recolens natalia mente,
Dia, nouis iterum gestit concentibus æther,
Vndique panchæis fumant simul ignibus aræ.
En age, magne puer, diuino numine mentem
Irradia; grauiora canam, si concutis æstro,
Qui superas patrij liquisti numinis oras,
Nate Patris summi, Summi Patris vnica Proles;
Occidui spes vna Orbis, reparator & æui.
Adsis; felici cedant vt carmina cantu,
Regia diuini celebro cunabula Nati.
Virgineo ah liceat digna ò sanctissima tellus
Facta puerperio, cælestis & hospita Regis,
Diuino de fonte sacros haurire liquores.
Delia iam nouies, nocturna per auia cœli,
Lucentes radiata comas, pulchroque decore
Lumina concipiens solis, compleuerat orbem,
Purpureis & vecta rotis traiecerat axem
Æthereum, & nouies menso defecerat axe.
Ex quo pernici cælos translapsa volatu
Nuntia cælicolum volucris mandata Tonantis
Attulerat Mariæ secreta Virginis æde:
Virgineo & pudibunda sinu Dauidica Virgo
Diuinam sobolem sacra conceperat aluo.
Ergo salutiferi felicia tempora partus

Gesta

Casta nouenniali glomerabat Cynthia cursu;
Ipsa puellari cultu, sacra pondera ventris
Enixura parens, diuinum senserat ortum
Diua Deum paritura, piæ bene conscia sedis,
Quæ natum excipiet, diuinos Regis & ortus;
Mandatum relegebat iter, per amœna locorum
Ausa Bethlemij quà surgunt vertice colles:
Interea dudum viduatus Principe Olympus
Cara morabatur diuinæ pignora sponsæ:
Haud visus solito decurrere Cynthius orbem
Lumine, nec lætas radiantia sydera noctes
Sincera duxisse face; & siluisse canentum
Quin ipse est totus solitis concentibus æther
Donec diuinum conseruant viscera pondus
Virginis,& pura fœtus concrescit in aluo.
Proxima sensit vbi verùm natalia Regis,
Induit insolitum cæli lætata decorem
Aula, vagum pandunt inopina & sydera lumen.
Clarius illa polo, millena lampade, noctem
Irradiare iubet præses Dictynna serenam,
Ipsa colorato vehitur tota aurea curru,
Ambrosiam dulcem rotantes nectara loris
Vrget equos niueis; parituræ & cuncta Puellæ
Astra fauere iubet; roseos Pallantias ore
Nuncia felicis, faturos præsaga diei,
Præparat è stabulo recludere fata iugales,
Æthere dispellens nimbos, ac sydera gaudent
Largius è cœlo, placido guttatim lapsu,
Depluere in terras Ladanum, ditescere ramos
Melle nouo, dulci sudare & manna liquore,
Tristis hyems, quamuis rigeant & tempora brumæ;
Sed pexi crines radijs rutilantibus Aethon
Atque Phlegon, Pyrois,& pando lumine Heous
Hinnitu inuitant lucem, cupideq. morantur
Mandere fræna ore: ipse nouo sed Phœbus amictu,
Conspicuus, meliore parat splendescere luce,
Postera

Poſtera ſtellatam cum noctem Aurora fugarit.
Inducunt ſic aſtra nouos lætata decores
At Pater hæc ſolio ſummus dum ſpectat ab alto,
Et nutrit ſeras immenſo pectore curas,
Omnia, quæ ſtatuit ventura & fata recurſat,
Secreto excepit ferientis ſpicula amoris,
Scilicet ille iterum contorquet miſſile; pergit
Vſq. vibrare faces & flectere corda Tonantis;
Quid non cogit Amor? quæ non victoria Amoris?
Ilicet at ſenſit ferientis flamina Amoris;
Altitonans, placido demulcet pectus ab igne,
Atque abit in flammas totus, Genitiq. recurrit
Inclyta Bethlemico in ſtabulo natalia mente;
Hinc animo blandus conceptam degrauat iram,
Quam meruit mortale genus, ſtatuitq. catenis,
Tænarieq. homines exoluere ab hoſte rebelles:
Protinus, in carum Natum conuerſus amore,
Conuocat æthereas cæli ad conuexa phalanges;
Aurea ſeu feruent propius ſubſellia Regis;
Seu vigil excubitor ſtellatis poſtibus adſtet;
Tuque etiam properate venis, qui regna pererras,
Cuſtos, aſſiduoq. foues munimine gentes;
Et quà purpureis radijs aſſurgit eous
Cynthius; occiduum quà mergit & æquore currum.
Adſunt ætherei proceres; interlita gemmis
Aegida pars effert; varijs redimita coronis
Pars nitet, & grandes palmis tenet altera thyrſos.
Pars peltata humeris pendentem ponderat haſtam,
Qualis milleno feruet cum milite campus,
Et ſub vexillis acies diſpoſta moratur,
Et Ducis imperium expectat; ſecto ordine Diui
Iuſſa alacres ſummi obſeruant, nutumq. Tonantis.
Talibus accepit ſed tum Pater ore ſerenus:
Cælicolæ mihi certa manet ſententia menti
Aethereas reparare plagas: ſtygiumq. venenum,
Quo languet mortalis homo, diſpellere terris,

Imprudens carpsit vetitos dum stipite fructus,
Et vesanus amans, sociatæ coniugis aures
Admonuit dictis; diuinæ numina mentis
Adfectans, sibi clausit iter malè cautus olympi:
Consilium insanum, mortalis cæca cupido:
Vsq. ne Tænarius miseris fera vincula at hostis
Intentat; diro cælum belloq. lacessit?
Et ducit sæuus tenebrosa in tartara prædas?
Vsque adeo ne manent viduata sedilia cæli?
Non ita tartareo concedet adorea regno:
Iam duxisse satis, iam tela inimica retundo,
Exoluo mortale iugum: quia tangor amore,
Tangor enim: pendet Læso pro numine pœnas
En Genitus Summi Lumen, Sapientia Patris,
Iam factus mortalis Homo Deus ipse rependet
Crimen, damna luens vetiti temeraria morsus:
Virginis Isacidæ cultus, pudibundus & oris
Exarsit decor: illa sinu conseruat Amoris
Pignus, & eniti sacra nunc præparat aluo.
Ergo agite electi proceres, nunc pandite cælum;
Nunc famulam præstate manum; cunabula Nati,
Atque humilis celeres lustrate mapalia tecti:
Dum puerum fouet illa vlnis; atq; vbere pleno
Lactat: dum cari miratur pignoris ora:
Discursu per inane leui date nuncia Pacis,
Nuncia lætitiæ iustis, noctemque silentem
Plausibus, & vario resonantes rumpite cantu.
Hæc ait, & tacitum Diuis afflauit amorem.
Nec mora; composito discedunt agmine Diui.
Confusum cælo it murmur, data quisquis anhelat
Ardenti studio mandata capescere Patris,
Inq; suas se; quisque acies certo ordine fudit.
Qualis sæpe nitens, cælo cum nocte serena
Stella cadit, liquidisq; cadens intermicat auris;
Multiplices trahit illa faces, celeriq. rotatu
Pernix obtutum, radiantis imagine formæ,

Ver-

Verberat, vt dicas millenæ lumina flammæ;
Cælica sic acies nimbo fulgente per auras
Cincta volat, magnam iaculatur splendida lucem;
Quà quà diuisus se se discriminat Orbis,
Ianua terna iacet cæli; quà Cynthius ortu
Nectara rorantes summo quatit axe iugales;
Occiduo curru fessus quà sudat Aethon;
Quà medium Phębus cęli metitur & axem,
Quàq. gelu rigidam cursu prætervolat Arcton;
Aurati his strident gemmato cardine postes;
Marmore nidenti feriunt splendentia visum
Limina, quæ variæ pulchræq. parastades ornant,
Multis insignis gemmis, nitidisq. columnis:
Hæ, postquam ciuit primus fera bella superbus
Lucifer, & totum temerauit crimine mundum,
Occlusis foribus siluere diu, obuia nulli
Atria cesserunt aditum splendentia cæli:
Tunc patuere; simul conuulsi & cardine postes
Accelerat cum sede Patris stipata Iuuentus,
Cęlicolum generosa cohors candentibus alis,
(Namq. pati nequit illa moras) Custodia pernox
Limina concessit diuinę adaperta phalangi:
Egreditur velox acies, perniciùs Euro;
Egrediens dulci & sonitu quatefecit olympum.
Stant Patris ad solium geminę super astra sorores,
Mente satę ęterna; queis sola est cura Deorum
Oblectare animum, curisq. auertere mentem;
Harum vnam cęli iussit descendere ab axe,
Lętitiam dixere Patres: Volat illa per auras
Nectare sparsa comas nitido, sed candida vultus,
Sed radiata caput plaudentibus insonat alis;
Quàq. volat mundum, discussa nube, serenat;
Iucundum volitans rebus partitur amorem;
Iam celeri penna totum circumuolat orbem,
Iam volupis grata terras aspergine rorat.
Discursum lętę senserunt omnia Diuæ,

Protinus æquatis sternit mollacia flabris
Aequor : hyperborei conclusi carcere venti;
Irrepit tacitus cunctis secreta voluptas;
Lęti discurrunt pisces, celeriq; natatu
Ludere per liquidas gaudent tum lętiùs vndas.
Quin etiam, oceanus nutrit quę plurima vastus,
Diuę senserunt motus immania monstra,
Ingentes Phocę, procero & corpore Pistris.
Nunc subter ludunt fluctus; nunc ęquore pręstant
Pube tenus, conchas, & rubra coralia vellunt:
Largiùs afflatu genitabilis aura fauoni,
In media ludit bruma: sic florida vbique,
Qnà volitant zephiri iucundi flamina venti
Vernat hyems, gemmis turget fęcundaq. tellus;
Ecce renidenti florescunt gramina vultu:
Lętior hinc vernat tellus, ridentibus astris
Aemula, sydereos florendo sumit amictus,
Florigenaq. insignit acu, mirabile dictu,
Non ignota cano, rigidus cum flamine Caurus,
Et Boreas, sæuitq; Notus; gratissima Veris
Enituit facies; zephirus nam roscidus alis
Nectare perfusas brumales irrigat herbas,
In venas sparsus fęcundo & rore maritat.
Est locus, apricis quà se pulcherrima campis
Extollit, latè & circum spatiatur Idume,
Vndique stagnantis Ponti circumfluus vnda;
Engaddum dixere Patres, vbi vinea fętis
Vitibus exultans, fęcundo palmite gemmat,
Vinea, delicijs cedunt cui roscida Tempe,
Cedit odoratis florens Panchaia syluis;
Arbor vbi sudat vernis opobalsama ramis.
Dum volat hàc, valido concussit verbere pennas,
Largiùs effusos & roris perpluit imbres,
Demulcens cęlum, terramq; Fauonius auras:
Ilicet excepit tellus; enascitur altus
Pampinus, & multo florescit vimine vitis,

Gemmat

Gemmat item subito pendet matura racemo
Vua rubens, hyemem & sæuam vindemia risit
Sic passim florescit humus, miniatq; decore
Picta nouo renitens inopinis floribus arua.
Sed iam sydereos excusserat Hesperus ignes,
Cynthia quin medio currum iam verterat axe;
Cum noua splendescens cælo nitidissima lampas
Affulsit, magno similisq; hyperionis orbi,
Aethera illustrauit circum radiantibus auris;
Ilicet insolito fulserunt sydera gyro.
Dixeris esse diem clarum vel nocte serena,
Iesum Virgo parit: quid ni radiantia solis
Spicula sol vincat Christus, lux aurea mundi?
Salue nox felix, felicis nuntia Pacis,
Qua lethi reparata salus mortalibus ægris:
Qua clausus dudum nobis reseratur olympus;
Aurea telluris lampas penetrauit hiatus:
Quin etiam, & nigrum tenuis se immisit in orcum;
Insolitus fulgor cecidit squalentibus vmbris;
Qualis vbi fractos, aduersa ob nubila Phœbus
Eiibrat radios, tenuem post terga nitorem
Linquit; & occiduus vel cum se immergit in æquor;
Hanc hausit tenebrosa cohors; sed nescia lucis
Frenduit; impatiens damnata auertit & ora.
Ter quater ignita concussit sede catenas
Tartareus Pluto, sæuusq; exasperat iras
Vertens aduerso torpentia lumina cæno.
At læti heroum cætus animæq; piorum
Optatum venisse diem, quo tartara linquant,
Lenibus & vacuent cælo pia pectora curis,
Aetherea agnoscunt flamma, sic voce præcantes:
Nuncia venturæ lucis lux aurea salue;
Salue iterum lux alma polo nunc orta sereno,
Nascenti arride puero, quo soluere nexus,
Et nitidis dabitur volitare licentius astris:
Nascere iam tandem, cæli iam nascere proles,

Aeterni splendor Patris; reparator olympi.
Hæc Erebi detenta loco pia turba canebat.
At dum maiori splendescit lumine cælum;
Insignes glomerans flammas noua sydera ducit:
Sollicita excurrens & dia Philedia mundum,
Præpetibus velox diuerberat aera pennis:
Bethlemiam Virgo Isacides peruenit ad vrbem;
Hospitio ast omni turba illa exclusa frequenti.
Vix humili, instantis sub prima crepuscula noctis,
Languida cum socio potuit requiescere in antro.
Vile antrum, cultuq. intus palearia agresti:
Hospitio tamen illa Dei non æmula cælo;
Non ita gemmati splendent laquearia tecti
Regia multiplici circum variata corymbo.
Siue laborato niteant cypressina quadro,
Cedrina seu luxu surgant instructa superbo;
Splendidiùs fulget tyrijs non aula tapetis.
Aethereus famulatur honos, tibi militat vni
Omne decus cæli, quamuis sis vile mapale.
Hic Virgo dulci turbari viscera motu,
Et circum gestire Deum præcordia sensit.
Exortum rimatur amor, concitur amore
Nempe Deus, gaudet vagire atque ocyus auris;
Diffluit, en sensu, maturo pondere, Virgo,
Numine plena Dei, paritura è numine numen,
Olli scintillant radianti lumine crines;
Lætitia, in dulces liquuntur lumina rores;
Permistus candore genis color aureus errat:
Induit ethereum vultu pudibunda decorem,
Qualis cum roseæ nectens redimicula fronti
Auricomum solem inuitat Tithonia lampas.
Stramineum parat ante torum, tum lintea supra
Candida componit; teneros ne stramina lædant
Artus, fasciolas nascenti & prouida adaptat.
Prona genu, precibus supplex inuitat amantem
Inde Deum Virgo, ferturq; ad sydera mente:
Desere

Desere claustra puer, qui nullo clauderis Orbe;
Dic Puer, Puer alme veni, Puer aureæ Matris.
Linque vterum; natum tandem te sentiat Orbis;
Incipe vagitu terras, puer; incipe risu
Tranquillare polum: nam te diuinus adegit
Cælesti è solio in terras Amor: incipe Amantis,
Exuuijs hominum tectus, tandem incipe, lusus.
Ah rapior; tacitis vibrata en sentio venis
Tela meis; rapior, liquuntur viscera partu
Me ne petit dij vis ista potentior ignis?
Ah rapior, te Nate petit dij ardor amoris.
Dum loquitur, dulcore nouo dum liquitur illa;
Mira cano, sed vera cano; Deus editus aluo est;
Peruadunt infracta velut specularia solis
Spicula, non læsa sinceræ Virginis aluo.
Protinus & resonis sociantes carmina neruis
Cælicolæ cecinere melos, modulisq; canoris
Aethera permulcent. Celeri Concordia penna
Aurea turbatis indicit sæcula terris.
Incipit ipse Puer lachrymis cognoscere matrem,
Vagitu & primo summum testatur amorem.
Risit victor Amor, bis lætus plausit & alis;
Rursus & in tenerum collimans missile pectus
Euibrat, repetit celsum digressus olympum.

PARTHENIA.

De Dormitione, & Assumptione B. V. M. in Cælum.

Sydereæ pompam turbæ; deuecta triumpho
Qua cæli Regina potens subit æthera, sacrum
Coniugium aspirans sponsi, carosq. hymenæos;

Festiuo libeat moliri in carmina cantu!
Dum roseum iubet ire diem, crinemq; repexos
Purpureo flectit phœbus temone iugales,
Clarius efflantes, frenis spumantibus ignes,
Sedulus atq; quatit lucenti terga flagello,
Stellanti inuectus curru, quo luce colorat
Astra super, nitidis huc vibrat lumina flammis:
Puniceis & mane rosis clara atria cęli
Inspersit solito maior Tithonia lampas;
Aduentu ganisa Deæ, stellata refulsit
Scilicet, & multo cęlum insignit honore.
Tu, quæ cęlesti perfundis numine mentes,
Et sacra diuino modularis carmina plectro
Sydereos inter vates, perq; æthera gaudens
Musa volas, diuinum & fundis mentibus oestrum;
In numeros descende meos; facilisq; canenti
Annue: Virgineos cęlo meditamur amores.
Victor, olympiacas Christus traiecerat arces
Lætus tartareis captiua redemerat vmbris
Colla Patrum, dirumq; Erebi contuderat hostem;
Iam vacuum glaciale chaos; iam limina olympi
Libera; mortales dederat iam surgere cęlo.
At Virgo Isacides, cęlum dum pignora seruat,
Virgineo cultu caros ardebat amores?
NATVM mente fouet, cęlum suspirat; & vnum
Illa die; roseos cum primum Cynthius ortus
Pandit; cum medium feruens metitur & axem;
Siue etiam occiduæ sub sera crepuscula lucis,
Diuinum secum cęli meditatur amantem.
Illa renidenti, milleno lumine, nocte
Cęlestes agitat, flammis tota enthea sensus:
Ah quoties incensa Deo, violauit, oborto
Rore genas, riguoq; infecit lumina fletu.
Sępius & quamquam NATI detur ora tueri,
Diuinoq; frui amplexu, est tamen anxia corde.
Illa oculos tandem cęli ad conuexa retorquens,
Talia,

Talia, virgineo suspirans corde, precatur:
Vos en, vos video superi sacra tecta Tonantis
Feruere stellanti flamma, quæ luce decoras
NATE tua, & reseras patefacto cardine iustis:
Et quando te NATE sequar? me me insere cęlo
Eripe me tecum; liceat per sydera ferri
Mortali exemptam fato; quid nam oscula cęlo,
Amplexus caros differs? dissoluar inerti
Carcere, cęlesti tecum fruitura triumpho.
Hæc ait: & riguo rorarunt nectare vultus,
Flammeus hos ignis variauit murice cordis
Per niueas sparsus malas; micuere pudoris
Ardentes oculisq. faces. Deus vritur istis;
Virgineis votis, caroq. indulget amori.
Protinus acciuit geminas super astra sorores:
Alma quibus Charis, & diuini grata Leporis
Delicias, dulces impertit Gratia risus:
Hæ placidè mulcent animos, mentesq. labanti
Læta serenatis ponunt obliuia curis,
Et lacrymas abigunt; rigidi tristissima lethi
Spectra procul remouet, nulla his męrentis oberrat
Tristitiæ facies, vacuant at corda querelis;
Mos vnus, color vnus, & vna est forma Dearum;
Hyblæis vox mista fauis, qua sibila serpens
Ponit, & irati nequeunt sęuire Leones.
Has PATER affatur summus: Diuæ ite sorores,
Florenti campos quæ vestit gramine Idume;
Isacides viduos vbi Virgo transfigit annos:
Debita iam cęlo, mortalibus exulet oris.
Ergo Virgineos dum mors euulnerat artus
Stamina rescindens vitæ; seruate decorem,
Virgineum seruate decus; non noxia tabo
Pectora, non capiant vilem pia corda timorem.
Lætus at illæso decedat spiritus ore.
Sponte sua; dolor omnis eat, non nubilus erret
Pallor; tranquilli, claudet dum lumina, risus

Formosam

Formosam decorent faciem, Diuæq. per artus
Fusus amæna lepos morientis, mulceat ora.
Quidquid lætitiæ spirat stellatus olympus;
Quidquid, dum celeri percurrit, sastra volatu,
Funditis ætherei, diuum per corda leporis,
Dilectæ donate meæ. Vix dixerat; illæ
Fronte serenata celeres mandata capessunt.
Protinus at totum spectas hilarescere cęlum:
Dum vaga sponsa venit, maiori lampade lucis
Astra micant, cupiuntq. nouo gestire nitore.
Illæ hilares geminas plaudenti verbere pennas
Exponunt zephiris lenibus per inane vocatis,
Obiectas findunt auras, atq. æthera tranant,
Lactea sydereo quà panditur orbita tractu,
Et nitidas sedes aperit rutilantis olympi:
Quàq; volant, vario linquunt vestigia cultu.
Qualis vbi leuibus per roscida nubila guttis
Multicolorem arcum deflectens circinat Iris;
Sic illæ cęli tractus, aurasq. colorant,
Lætanti leuiter librantes remige pennas.
At geminæ medio micuerunt æthere flammæ;
Ardentes veluti cum lucent orbe cometes,
Quà radios oriens lampas phębęa nitentes
Eiibrat, panditq. diem festiua serenam.
Salue sed felix omen; non dira minaris;
Prospera sed cerno radijs; feliciùs vnquam
Aere, vel cęlo, visum rutilare nitenti
Prodigiale iubar; despondes omina sceptri
Mitis, & ætheręæ connubia candida sponsæ.
Illa humili tecto, iam blandi pręscia somni,
Cælestes thalamos, cęli laquearia mente
Sola legens, sponsi & cupidos meditata lepores;
Candidæ anhelanti, carnis sine pondere, cęlum
Lætitia languens animę laxauerat artus:
Languerat, & dulcem dederat libare soporem
Sensibus, ęthereos animo dum versat amores.
Ad

Ad niueos, humilesq. Nurus delapsa penates
Vtraq; missa soror dissoluit pectore cestum,
Quo læti risus, blandi iucunda leporis
Copia, & æterni mixta est dulcedo soporis,
Protinus è pharetra, medicatas melle sagittas
Aptarunt, Mortiq. oculis flammantibus hęrenti
Vtq. vident lunare arcus, vt missile flecti,
Ocyus exturbant feriturum; spicula at ipsæ
Enibrant, leni feriunt & vulnere pectus
Virginis: Illa pijs actutum saucia telis,
Attollit gaudens radiantia lumina cęlo:
Lumina, sydereas quæ vincunt lampade flammas;
Et niueas rorata genas compellat AMANTEM,
Has roseo datq; ore preces: quid NATE moraris
Quid mihi sydereа differs tua gaudia sede?
Tolle animam, me redde mihi; tibi redde Parẽtem.
Nescit Amor, cęlo qui me tibi mancipat vni,
Nectere amore moras, validoq. excęstuat igne:
Tolle moras, me tolle polo: dum sydera spectat
Impatiens animus se se infert entheus in te.
En soluor, cęli quàm corda liquantur amore.
Dixerat. at cęlo Natus, fulgente per auras
Nimbo cinctus adest, iucundùm & fulsit in ęde.
Plurima quem circum nitidis rutilantibus alis,
Flauentes radiata comas, stat cęlica Pubes.
Soluitur aspectu Nati Virgo; ęstuat igne.
Aestuat, & totos se se fundente per artus
Lętitia exundante labat, dulcedine languet
Sensus, & egressus animæ patefecit amanti.
Libera in amplexus venit quę candida NATI;
Et sę fassa Deam, solis splendore refulsit.
Virgineum interea dulcore, cubantis ad instar,
Torpet diuino viduatum lumine corpus.
Pulcriùs occidui at nident miracula vultus:
Largior effusus niueo decor errat in ore;
Gratiùs & faciem totam gelasinus adornat;

Imprudens carpsit vetitos dum stipite fructus,
Et vesanus amans, sociatæ coniugis aures
Admonuit dictis; diuinæ numina mentis
Adfectans, sibi clausit iter malè cautus olympi:
Consilium insanum, mortalis cæca cupido:
Vsq. ne Tænarius miseris fera vincula at hostis
Intentat, diro cælum belloq. lacessit?
Et ducit sæuus tenebrosa in tartara prædas?
Vsque adeo ne manent viduata sedilia cæli?
Non ita tartareo concedet adorea regno:
Iam duxisse satis, iam tela inimica retundo,
Exoluo mortale iugum: quia tangor amore,
Tangor enim: pendet Læso pro numine pœnas
En Genitus Summi Lumen, Sapientia Patris,
Iam factus mortalis Homo Deus ipse rependet
Crimen, damna luens vetiti temeraria morsus:
Virginis Isacidæ cultus, pudibundus & oris
Exarsit decor: illa sinu conseruat Amoris
Pignus, & eniti sacra nunc præparat aluo.
Ergo agite electi proceres, nunc pandite cælum;
Nunc famulam præstate manum; cunabula Nati;
Atque humilis celeres lustrate mapalia tecti:
Dum puerum fouet illa vlnis; atq; vbere pleno
Lactat: dum cari miratur pignoris ora:
Discursu per inane leui date nuncia Pacis,
Nuncia lætitiæ iustis, noctemque silentem
Plausibus, & vario resonantes rumpite cantu.
Hæc ait, & tacitum Diuis afflauit amorem.
Nec mora; composito discedunt agmine Diui.
Confusum cælo it murmur, data quisquis anhelat
Ardenti studio mandata capescere Patris,
Inq; suas se quisque acies certo ordine fudit.
Qualis sæpe nitens, cælo cum nocte serena
Stella cadit, liquidisq; cadens intermicat auris;
Multiplices trahit illa faces, celeriq. rotatu
Pernix obtutum, radiantis imagine formæ,

Ver-

Verberat, vt dicas millenæ lumina flammæ;
Cælica sic acies nimbo fulgente per auras
Cincta volat, magnam iaculatur splendida lucem;
Quà quà diuisus se se discriminat Orbis,
Ianua terna iacet cæli; quà Cynthius ortu
Nectara torantes summo quatit axe iugales;
Occiduo curru fessus quà sudat Aethon;
Quà medium Phębus cęli metitur & axem,
Quàq. gelu rigidam cursu præteruolat Arcton:
Aurati his strident gemmato cardine postes;
Marmore nidenti feriunt splendentia visum
Limina, quæ variæ pulchræq. parastades ornant,
Multis insignis gemmis, nitidisq. columnis:
Hæ, postquam ciuit primus fera bella superbus
Lucifer, & totum temerauit crimine mundum,
Occlusis foribus siluere diu, obuia nulli
Atria cesserunt aditum splendentia cæli:
Tunc patuere; simul conuulsi & cardine postes.
Accelerat cum sede Patris stipata Iuuentus,
Cęlicolum generosa cohors candentibus alis,
(Namq. pati nequit illa moras) Custodia peruox
Limina concessit diuinę adaperta phalangi:
Egreditur velox acies, perniciùs Euro;
Egrediens dulci & sonitu quatefecit olympum.
Stant Patris ad solium geminę super astra sorores,
Mente satę ęterna; queis sola est cura Deorum
Oblectare animum, curisq. auertere mentem;
Harum vnam cęli iussit descendere ab axe,
Lętitiam dixere Patres: Volat illa per auras
Nectare sparsa comas nitido, sed candida vultus,
Sed radiata caput plaudentibus insonat alis:
Quàq. volat mundum, discussa nube, serenat;
Iucundum, volitans rebus partitur amorem;
Iam celeri penna totum circumuolat orbem,
Iam volupis grata terras aspergine rorat.
Discursum lætę senserunt omnia Diuæ,

Protinus æquatis sternit mollacia flabris
Aequor: hyperborei concluſi carcere venti;
Irrepit tacitus cunctis ſecreta voluptas;
Lęti diſcurrunt piſces, celeriq; natatu
Ludere per liquidas gaudent tum lętius vndas.
Quin etiam, oceanus nutrit quę plurima vaſtus,
Diuę ſenſerunt motus immania monſtra,
Ingentes Phocę, procero & corpore Piſtris.
Nunc ſubter ludunt fluctus; nunc ęquore pręſtant
Pube tenus, conchas, & rubra coralia vellunt:
Largiùs afflatu genitabilis aura fauoni,
In media ludit bruma: ſic florida vbique,
Quà volitant zephiri iucundi flamina venti
Vernat hyems, gemmis turget fęcundaq. tellus;
Ecce renidenti floreſcunt gramina vultu:
Lętior hinc vernat tellus, ridentibus aſtris
Aemula, ſydereos florendo ſumit amictus,
Florigenaq. inſignit acu, mirabile dictu,
Non ignota cano, rigidus cum flamine Caurus,
Et Boreas, ſæuitq; Notus; gratiſſima Veris
Enituit facies; zephirus nam roſcidus alis
Nectare perfuſas brumales irrigat herbas,
In venas ſparſus fęcundo & rore maritat.
Eſt locus, apricis quà ſe pulcherrima campis
Extollit, latè & circum ſpatiatur Idume,
Vndique ſtagnantis Ponti circunfluus vnda;
Engaddum dixere Patres, vbi vinea fętis
Vitibus exultans, fęcundo palmite gemmat,
Vinea, delicijs cedunt cui roſcida Tempe;
Cedit odoratis florens Panchaia ſyluis;
Arbor vbi ſudat vernis opobalſama ramis.
Dum volat hàc, valido concuſſit verbere pennas,
Largiùs effuſos & roris perpluit imbres,
Demulcens cęlum, terramq. Fauonius aura:
Ilicet excepit tellus; enaſcitur altus
Pampinus, & multo floreſcit vimine vitis,

Gemmat item subito pendet matura racemo
Vua rubens, hyemem & sæuam vindemia risit
Sic passim florescit humus, miniatq; decore
Picta nouo renitens inopinis floribus arua.
Sed iam sydereos excusserat Hesperus ignes,
Cynthia quin medio currum iam verterat axe;
Cum noua splendescens cælo nitidissima lampas
Affulsit, magno similisq; hyperionis orbi,
Aethera illustrauit circum radiantibus auris;
Ilicet insolito fulserunt sydera gyro.
Dixeris esse diem clarum vel nocte serena,
Iesum Virgo parit: quid ni radiantia solis
Spicula sol vincat Christus, lux aurea mundi?
Salue nox felix, felicis nuntia Pacis,
Qua lethi reparata salus mortalibus ægris:
Qua clausus dudum nobis reseratur olympus;
Aurea telluris lampas penetrauit hiatus:
Quin etiam, & nigrum tenuis se immisit in orcum;
Insolitus fulgor cecidit squalentibus vmbris,
Qualis vbi fractos, aduersa ob nubila Phœbus
Euibrat radios, tenuem post terga nitorem
Linquit; & occiduus vel cum se immergit in æquore
Hanc hausit tenebrosa cohors; sed nescia lucis
Frenduit, impatiens damnata auertit & ora.
Ter quater ignita concussit sede catenas
Tartareus Pluto, sæuusq; exasperat iras
Vertens aduerso torpentia lumina cæno.
At læti heroum cætus animæq; piorum
Optatum venisse diem, quo tartara linquant,
Lenibus & vacuent cælo pia pectora curis,
Aetherea agnoscunt flamma, sic voce præcantes:
Nuncia venturæ lucis lux aurea salue;
Salue iterum lux alma polo nunc orta sereno,
Nascenti arride puero, quo soluere nexus,
Et nitidis dabitur volitare licentiùs astris:
Nascere iam tandem, cæli iam nascere proles,

Aeterni splendor Patris, reparator olympi:
Hæc Erebi detenta loco pia turba canebat.
At dum maiori splendescit lumine cælum;
Insignes glomerans flammas noua sydera ducit:
Sollicita excurrens & dia Philedia mundum,
Præpetibus velox diuerberat aera pennis.
Bethlemiam Virgo Isacides peruenit ad vrbem;
Hospitio ast omni turba illa exclusa frequenti.
Vix humili, instantis sub prima crepuscula noctis,
Languida cum socio potuit requiescere in antro.
Vile antrum, cultuq. intus palearia agresti:
Hospitio tamen illa Dei non æmula cælo;
Non ita gemmati splendent laquearia tecti
Regia multiplici circum variata corymbo.
Siue laborato niteant cypressina quadro,
Cedrina seu luxu surgant instructa superbo;
Splendidiùs fulget tyrijs non aula tapetis.
Aethereus famulatur honos, tibi militat vni
Omne decus cæli, quamuis sis vile mapale.
Hic Virgo dulci turbari viscera motu,
Et circum gestire Deum præcordia sensit:
Exortum rimatur amor, concitur amore.
Nempe Deus, gaudet vagire atque ocyus auris
Diffluit, en sensu, maturo pondere, Virgo,
Numine plena Dei, paritura è numine numen,
Olli scintillant radianti lumine crines;
Lætitia, in dulces liquuntur lumina rores;
Permistus candore genis color aureus errat:
Induit æthereum vultu pudibunda decorem,
Qualis cum roseæ nectens redimicula fronti
Auricomum solem inuitat Tithonia lampas.
Stramineum parat ante torum, tum lintea supra
Candida componit, teneros ne stramina lædant
Artus, fasciolas nascenti & prouida adaptat.
Prona genu, precibus supplex inuitat amantem
Inde Deum Virgo, ferturq; ad sydera mente:

Desere claustra puer, qui nullo clauderis Orbe;
Dic Puer, Puer alme veni; Puer aureę Matris
Linque vterum; natum tandem te sentiat Orbis;
Incipe vagitu terras, puer; incipe risu
Tranquillare polum: nam te diuinus adegit
Cælesti è solio in terras Amor: incipe Amantis,
Exuuijs hominum tectus, tandem incipe, lusus.
Ah rapior; tacitis vibrata en sentio venis
Tela meis; rapior, liquuntur viscera partu
Me ne petit dij vis ista potentior ignis?
Ah rapior, te Nate petit dij ardor amoris.
Dum loquitur, dulcore nouo dum liquitur illa;
Mira cano, sed vera cano; Deus editus aluo est;
Peruadunt infracta velut specularia solis
Spicula, non læsa sinceræ Virginis aluo.
Protinus & resonis sociantes carmina neruis
Cælicolæ cecinere melos, modulisq; canoris
Aethera permulcent. Celeri Concordia penna
Aurea turbatis indicit sæcula terris.
Incipit ipse Puer lachrymis cognoscere matrem,
Vagitu & primo summum testatur amorem.
Risit victor Amor, bis lætus plausit & alis;
Rursus & in tenerum collimans missile pectus
Euibrat, repetit celsum digressus olympum.

PARTHENIA.

De Dormitione, & Assumptione B. V. M. in Cælum.

Syderex pompam turbæ; deuecta triumpho
Qua cęli Regina potens subit ęthera, sacrum
Coniugium aspirans sponsi, carosq. hymenæos;

Festiuo libeat molliri in carmina cantu;
Dum roseum iubet ire diem, crinemq. repexos
Purpureo flectit phœbus temone iugales,
Clarius efflantes, frenis spumantibus ignes,
Sedulus atq. quatit lucenti terga flagello,
Stellanti inuectus curru, quo luce colorat
Astra super, nitidis huc vibrat lumina flammis:
Puniceis & mane rosis clara atria cęli
Inspersit solito maior Tithonia lampas;
Aduentu gauisa Deæ, stellata refulsit
Scilicet, & multo cęlum insigniuit honore.
Tu, quæ cęlesti perfundis numine mentes,
Et sacra diuino modularis carmina plectro
Sydereos inter vates, perq. æthera gaudens
Musa volas, diuinum & fundis mentibus oestrum;
In numeros descende meos, facilisq. canenti
Annue: Virgineos cęlo meditamur amores.
Victor, olympiacas Christus traiecerat arces
Lætus tartareis captiuâ redemerat vmbris
Colla Patrum, dirumq; Erebi contuderat hostem;
Iam vacuum glaciale chaos; iam limina olympi
Libera; mortales dederat iam surgere cęlo.
At Virgo Isacides, cęlum dum pignora seruat,
Virgineo cultu caros ardebat amores:
NATVM mente fouet, cęlum suspirat; & vnum
Illa die; roseos cum primum Cynthius ortus
Pandit; cum medium feruens metitur & axem;
Siue etiam occiduæ sub sera crepuscula lucis,
Diuinum secum cęli meditatur amantem.
Illa renidenti, milleno lumine, nocte
Cęlestes agitat, flammis tota enthea sensus:
Ah quoties incenta Deo, violauit, oborto
Rore genas, riguoq; infecit lumina fletu.
Sępius & quamquam NATI detur ora tueri,
Diuinoq. frui amplexu, est tamen anxia corde.
Illa oculos tandem cęli ad connexa retorquens,
Talia,

Talia, virgineo suspirans corde, precatur:
Vos en, vos video superi sacra tecta Tonantis
Feruere stellanti flamma, quæ luce decoras
NATE tua, & reseras patefacto cardine iustis:
Et quando te NATE sequar? me me insere cęlo
Eripe me tecum; liceat per sydera ferri
Mortali exemptam fato; quid nam oscula cęlo,
Amplexus caros differs? dissoluar inerti
Carcere, cęlesti tecum fruitura triumpho.
Hæc ait: & riguo rorarunt nectare vultus,
Flammeus hos ignis variauit murice cordis
Per niueas sparsus malas; micuere pudoris
Ardentes oculisq. faces. Deus vritur istis;
Virgineis votis, caroq. indulget amori.
Protinus acciuit geminas super astra sorores:
Alma quibus Charis, & diuini grata Leporis
Delicias, dulces impertit Gratia risus:
Hæ placidè mulcent animos, mentiq. labanti
Læta serenatis ponunt obliuia curis,
Et lacrymas abigunt; rigidi tristissima lethi
Spectra procul remouet, nulla his mœrentis oberrat
Tristitiæ facies, vacuant at corda querelis.
Mos vnus, color vnus, & vna est forma Dearum;
Hyblæis vox mista fauis, qua sibila serpens
Ponit, & irati nequeunt sæuire Leones.
Has PATER affatur summus: Diuæ ite sorores,
Florenti campos qui vestit gramine Idume;
Isacides viduos vbi Virgo transfigit annos:
Debita iam cęlo, mortalibus exulet oris.
Ergo Virgineos dum mors euulnerat artus
Stamina rescindens vitæ, seruate decorem,
Virgineum seruate decus; non noxia tabo
Pectora, non capiant vilem pia corda timorem.
Lætus at illæso decedat spiritus ore.
Sponte sua; dolor omnis eat, non nubilus erret
Pallor; tranquilli, claudet dum lumina, risus
Formosam

Ad niueos, humilesq. Nurus delapsa penates
Vtraq; missa soror dissoluit pectore cestum,
Quo læti risus, blandi iucunda leporis
Copia, & æterni mixta est dulcedo soporis,
Protinus è pharetra, medicatas melle sagittas
Aptarunt, Mortiq. oculis flammantibus hęrenti
Vtq. vident lunare arcus, vt missile flecti,
Ocyus exturbant ferituram; spicula at ipsæ
Eubrant, leni feriunt & vulnere pectus
Virginis: Illa pijs actutum saucia telis,
Attollit gaudens radiantia lumina cęlo:
Lumina, sydereas quæ vincunt lampade flammas;
Et niueas rorata genas compellat AMANTEM,
Has roseo datq; ore preces: quid NATE moraris
Quid mihi syderea differs tua gaudia sede?
Tolle animam, me redde mihi; tibi redde Parētem,
Nescit Amor, cęlo qui me tibi mancipat, vni,
Nectere amore moras, validoq. exęstuat igne:
Tolle moras, me tolle polo: dum sydera spectat
Impatiens animus se se infert entheus in te.
En soluor, cęli quàm corda liquantur amore.
Dixerat. at cęlo Natus, fulgente per auras
Nimbo cinctus adest, iucundùm & fulsit in ęde.
Plurima quem circum nitidis rutilantibus alis,
Flauentes radiata comas, stat cęlica Pubes.
Soluitur aspectu Nati Virgo; ęstuat igne.
Aestuat, & totos se se fundente per artus
Lętitia exundante labat, dulcedine languet
Sensus, & egressus animæ patefecit amanti.
Libera in amplexus venit quę candida NATI;
Et sę fassa Deam, solis splendore refulsit.
Virgineum interea dulcore, cubantis ad instar,
Torpet diuino viduatum lumine corpus.
Pulcriùs occidui at nident miracula vultus:
Largior effusus niueo decor errat in ore;
Gratiùs & faciem totam gelasinus adornat;

Rides

Ridet fronte lepos; ludit Charis aurea crine.
Interea NATVS cinctam Thaumantida nimbis
Iusserat è cælo cunctos accersere Diuos.
Illa coloratis zephiro pernicior alis
Ierat, & celeres adsunt, lecto agmine, Diui,
Reginam cæli facta stipantq; corona.
At primos inter fulget rutilante Michael
Cyclade, & insigni galeatus fulgurat hasta.
Hic postquam Matrem NATVS complexus Iesus
Oscula libauit gaudens, & vestijt aureo
Syrmate, gemmataq; dedit splendere corona,
Aethereum componit iter, deflexus adorans
Et Mariæ numen, resonanti carmine ad astra
Inuitat; cæli & manibus vaga sceptra resignat.
Diua veni, Vaga sponsa veni, Regina polorum.
Ducite vos cęlo, sacra numina, ducite Diuam.
Torpuit immotus tantis medulatibus æther;
Et tumidi siluere noti, siluere procellæ,
Iucundè & risit geminatis cantibus aura.
Dumq. iter ingressi, placidò super æthera passu
Diua Parens fertur, pergit Melopeia cantum,
Instauratq. nouo cæptum modulamine carmen:
Diua veni, roseis vbi lucet Cynthia flammis,
Hoc decus adde tibi, Virgo; viden aurea gaudet
Lambere signa pedis, nitidas tibi cedere flammas?
Tu Dictynna nouo post hac lucebis amictu,
Pulchrior attactus terris exosa viriles.
Ducite vos cælo, sacra numina, ducite Diuam.
Diua veni en radijs splendens Cyllenius orbi,
Inuitat te Virgo polo: tu sydera scande.
Incipe, stellantem capiti redimita coronam,
Quæ niueos puro seruasti pectore sensus,
Iam fulgere nouo terris fax alma nitore.
Candida cęlestes Virgo pete sponsa Hymenæos.
Ducite vos cælo, sacra numina, ducite Diuam.
Inuitat cęlestis Hymen, qua lucida crines
Casta

Caſta Venus terno radijs ſpatiatur in Orbe,
Coniugio gauiſa tuo; veneratur amorem
Pectoris intacti, & genialia gaudia cæli;
I pete cęleſtes Virgo ſacra ſponſa Hymenæos.
Ducite vos cęlo, ſacra numina, ducite Diuam.
En tibi mille roſas venienti roſcida ſternit,
Puniceosq. parat gaudens Aurora nitores:
Spicula vbi nitidi vibrantur lucida Phębi
Indue nidentem ſplendenti lumine veſtem;
Pulchrior aurato nam ſole vagaris olympo,
Pulchrior Auroræ vincis redimicula frontis.
Ducite vos cęlo, ſacra numina, ducite Diuam.
Per te compoſitis volitat Concordia pennis,
Per te tranquillo rutilant vaga ſydera cælo.
Diua veni, plaudunt conceſſa ſydera pace.
Ceſſit Hyems: gratæ vox turturis inſonat auri,
Veſtit Acidalios ridenti gramine flores
Tellus, vernanti floreſcunt lilia campo;
Tu pete cæleſtes Virgo ſacra ſponſa Hymenęos,
Ducite vos cælo, ſacra Numina, ducite Diuam.
Aſpice vt incedis, roſeos imitata decores
Auroræ? vt ceſſit donorum copia? tantis
Diuitijs ditata venis? te Gratia adornat:
Tanta ne deſertis venientem ad ſydera terris?
Sponſa veni; cumules cælo iam gaudia Diuis.
Ducite vos cælo, ſacra numina, ducite Diuam.
Quàm vaga cæleſti blandiris lumine ſponſo.
Lilia vos, Diui, & redolentes ſpargite nardos;
Miſtaq; puniceis fragrantia balſama malis.
Purpureis ſtipate roſis; nam languet amore:
Languet, dilectum cęlo petit anxia ſponſum:
Ducite vos cælo, ſacra numina, ducite Diuam.
Diua veni, varijs hic nident ſydera flammis;
Bis ſeno hic nectent Virgo tibi lumine ſertum
Virgineas concede comas, concede decori
Aethereo ſpecioſa caput. tibi militat æther.

Iam

Iam pete dotales cælo Virgo aurea sedes.
Ducite vos cælo, sacra numina, ducite Diuam.
Hic vbi maiori splendent crystallina luce
Tecta, Parens, crines serto præcinge comantes.
Incipe iam splendere nouo vaga sponsa decore.
Nil mortalis habes, te profer numine Diuam.
Regia sydereos reserat tibi ianua postes.
Ducite vos cælo, sacra numina, ducite Diuam.
Hæc dulci cantu geminarunt carmina olores,
Cælesti curru Virgo dum sydera scandit,
Diuorum stipata choris. emensa sed omnes
Tractus æthereos primo stetit orbita cælo:
Ingreditur: renouant Diui noua gaudia plausu.
At Christi interea proceres, nutantia somno
Candida Gethsemani cõponũt membra sepulchro.

De eiusdem in cælis triumpho.

ANnua Virginei redeunt solennia fastus:
Musa age, pinge diem cantu, quo regia cæli
Aurato ascendit Virgo capitolia curru:
Lumine maiori splendens en Cynthius orbe
Vt solito nitidos iaculatur puriùs ignes?
Mane rosis redimita comas, & roscida largè
Visa Aurora polo; quæ tantæ nuntia lucis
Præuia, purpureos emisit ab axe iugales,
Clariùs efflantes ignes: en æmula cæli
Terra sinum multo fœcundum rore coronat,
Floribus omnigenis, zephiri stimulata vigore;
Vndique panchæos florenti caudice odores
Spirat, muscosoq; virent violaria fonte.
Lætiùs vmbriferis attemperat organa syluis
Dulcis auis, variaq; argutat carmina voce:
Scilicet ætherei renouatur pompa triumphi,
Luce noua Isacidæ redeunt solennia sponsæ.

Quid

Quid tu Pieridum pubes, certissima signa
Lætitiç dum tanta polo, cæloq. feruntur?
Picta suam pompam tellus dum germine pandit;
Dum cæli radiant maiori lampade flammæ,
Virgineum recolunt vario splendore triumphum,
Lætior haud sponsæ gratos modulabere cantus?
Inferte æthereos inter iam carmine olores.
Et licet, & fausto conspirant numine Musæ,
In numeros veniuntq. tuos; aude æthera cantu
Dulcisono complere libens, quà Tybris amęnus
Contorquet flauos vndantis vortice fluctus;
Nunc age vernanti præcincta & tempora lauro
Instrue læta choros: vires tibi sufficit ipsa
Cælorum Regina; pio tibi numine pectus
Implet,& optatos inspirat carminis ignes,
Mens cæli meditetur iter; dum nubila tranat,
Regali & curru Diuum capitolia scandit.
Incipe iam memori mihi pandere carmine, Musa,
Quid,dum lucentis graditur per concaua Lunæ,
Apparet aduentu gaudens Latonia lampas;
Dum Phœbi cyclum verrit; sedemq. nitentem
Gradiui, placidiq; Iouis; quam sternat & omnis
Pompam Reginæ læti plaga lucida cæli.
Ardua molimur cantu: tamen excipe Pubes,
Virginis vt festo Diuæ lætetur olympus.
Nuntia vix, celeri nubes transgressa volatu,
Reginam aduentare poli; sponsamq. Tonantis
Fama tulit Mariam; subito cum venit ab aula
Aetherea, thalamis cæli quæ pronuba Diua
Excipit æthereas sponsas; Quæ pectora risu
Et complet Diuum,diuinos spirat & ignes.
Vtraque cincta humeros stellanti candida Palla;
Ocyus excurrunt cælos: hæc vibrat amęnæ
Tela voluptatis volitans, & cuncta serenat,
Cęlestes perflando auras, curasq. repellit;
Illa iubet cæli componi stromate sedes,

Disponiq.

Disponiq. vias omnes, quà lactea certum
Semita signat iter: lætoq. per æthera lapsu
Vtraq. Idumeas tandem peruenit ad oras.
Mandata accelerant subito; se lumine cæli
Exornant, vario sternunt celeresq. decore
Quique suas sedes: studio sed primus anhelat
Aereę regionis apex. Hic protinus arcus
Erigitur, pictum vacuis quem nubibus aura
Solis ad oppositum conceptis vndique flammis
Circinat æquali flexu, qui mille colores,
Mille trahit sparsus splendenti luce decores
Qualis cum pluuium post cælum pingitur aura
Ad claros Phœbi radios Thaumantias Iris,
Hàc ingressus erit, Terras cum sponsa relinquet
Astra petens; primum Isacides hàc Virgo videbit,
Aethereis excepta plagis, vaga lumine pompam:
Insolito hic primum incipiet splendescere amictu,
Nil mortale sonans; rarescent nubila plantis;
Diffugient venti; zephirus mulcebit euntem,
Leniter & ducet quo purior aeris aura
Contactu lambit tractum motabilis ignis.
Lemnius excudit varias hic ære figuras,
Atq. triumphalem studiosiùs instruit arcum.
Stat moles excelsa micans fabricata metallo:
Materiæ decertat opus, quod fulgurat auro,
Multipliciq. micans gemma non inuidet astris.
Ornat gemma bases; surgunt hinc inde columnæ,
Has inter, statuas niden ti marmore cernes:
Dixeris ore loqui. candentia lilia virgo
Dextra parte gerens ridenti visitur ore:
At læua simili finxit simul arte Pudorem,
Reginæ sponsæ dign oq. allusit honori:
Circumducta nitens operoso adamante coronis,
Complicat aurata vtrinque epistyllia virga.
Huius & è medio in conum se tollit vterq.
Vertex sublimis, venienti atque area quadro
Aureolis

Aureolis incisa notis hæc carmina præfert:
Desere tellurem cælesti debita sedi,
Scande polũ tandem summi sponsa alma Tonantis,
Incipe festiuis & lambere sydera plantis,
Igneus ecce tibi plaudens prosternitur axis.
Quà phœbea micat nocturno lumine lampas,
Ianua spectatur simili radiata decore.
Erectæ stat celsa basi gemmata columna,
Vertice sed summo se se pulcherrima fornix
Arcuat, ostentans quadrato in pegmate carmen:
Maxima Diuarum diuino numine Cælos
Ingredere; incipient fulgere nitentius astra
Luce tua, pergent meliore & lampade terris
Influxus afferre nouos, læta omina mundo.
Altera pars solido depictum marmore pandis
Elogium, similiq. applaudit carmine Diuæ:
Aethereas vaga sponsa plagas, Regina polorum,
Ingredere, æterni Regni dotalia sceptra
Virginea quasses dextra; tibi subditur axis,
Lumine vbi fulget nitida inter sydera Phœbe.
At, quà se media diffindit parte coronis,
Gemmatis literis incisum hoc schema renidet:
Aduentu festiua tuo, ter Maxima Diua,
Concedit nitidam sedem tibi subdita phœbe.
Tu noua sinceras iaculabere Cynthia flammas,
Atque tuo hic nutu posthac mouabitur axis.
Talis erat portę facies, Latonia Lampas
Quam Diuæ erexit: redolentia gramina campo
Strauit: depicto vestitur stromate cęlum,
Ipsa cui insigniuit acu natale Puellæ.
Depictam hic sterilem cernes, humilemq. ferentem
Annam vota Deo; męstus Ioachimus oberrat
Montibus, illacrymans vetitæ dispendia prolis:
Illum sed cęlo solatur nuntius ales,
Insignem spondens veraci carmine Natam.
Auratis vagit paruis vaga pupula cunis,

Enixa lætante Nuru; constringitur arctis
Fasciolis illic; primis petit vbera labris.
Talis erat pompæ facies vbi Cynthia lucet,
Lætiùs applaudit nitido Cyllenius Orbe,
Hic mirum molitus opus, mira extruit arte
Ante triumphalem portam, regalia sternit
Atria, dædaleo non concessura labori,
Aspice vt assurgit moles operosa: columnas
Ostentat dextra geminas: non marmora cælo
Phidiaco tam culta nitent. Adamante renident
Plinthi, diradiantq. tori splendentiùs auro,
Aurea tum surgit medio speciosa parentis
Euæ serpentem pedibus quassantis imago,
Iaspide dein fulua, descripta hæc carmina cerne:
Victrix, quæ pedibus pressisti colla Draconis
Tænarij dirum miseris vibrantia virus;
Infer te cælo meritos age Virgo triumphos,
Parte sed aduersa solido de marmore fulget
Auulsi referens latè viridantia pomi
Serta manu delusus Adam: lege symbola Diuæ:
En tu me regnis, Virgo inclyta, reddis auitis,
Depulit vnde meæ, male sana insania mentis:
I felix Virgo, cælesti credula Verbo
Cęlorum molire viam; tibi panditur æther,
Ocyus effracto reserantur cardine postes.
Zophoro at in medio portæ sublimia pendent
Schemata multiplices inter lucentia gemmas.
Regia sed supra insistens formosa Virago
Quassat sceptra manu, niueam diademata frontem
Augustant. legitur cęlato in marmore carmen:
Ecce sui fasces cedit Cyllenius Orbis,
Diua, polo veniens felix dominere secundo;
Auspiciјs quid mota tuis non regna nitentis
Aetheris expectant? meliori lumine lucem,
Diuitis eloquij fontes hæc mentibus indent.
In podio dextro, stellanti candida palla
Virginis

Virginis effigies hoc carmen pandit ab vna:
Te Duce diffundam meliores mentibus imbres.
At fidei læua describit carmen imago:
Incorrupta fides regnabit nescia fraudis.
Enitet & medio portæ formosa columba,
Serta oleę gestans paruo viridantia rostro.
Semita quin etiam vario splendescit honore:
Vndique panchęis campus nam floribus halat.
Exornant geminas depicta & stromata partes,
Infantem Mariam, mirisq. loquentia signis.
Scilicet ostendunt annis quæ Pupula primis.
Inclyta condidicit, quas & despexerit artes.
Inter virgineas illic studiosa puellas
Picta sedens, spectante Nuru, discrimina telæ
Pingere discit acu: sacros hic sedula libros
Imprimit addiscens menti; spectatur ad aram
Carmina diuino modulatu fundere templi.
Quid cum congressus omnes exosa viriles
Virgo Deo niueum pectus pia deuouet aris?
Integra virgineos & totos transigit annos,
Quamuis sponsa viro? cęli post nuncius ales
Diuinam spondet sobolem; perterrita at illa
Primo hęret: voces sed mox complexa monentis,
Pneumate diuinò sensit sacra pondera ventris;
Hinc festina volat montana per auia passu,
Atq. hilaris sacras cognatę fertur ad ædes:
Opportuna seni, gratisque amplexibus heret.
Sed me festinę Veneris spectacula pompæ
Magna vocant. Surgit facies speciosa theatri
Huius in ingressu statuis nitet area miris,
Quę Diuę referunt venientis symbola sponsę.
Ore nitens, latere in dextro, vt se se alma Iuuentus
Effert, & decorat descripto carmine marmor?
Haud cedis Phariæ nascendo cælica Phenix.
Hoc ludit læua monogrammate læta voluptas:
Gratior vna, rogo stellatum scandis olympum.

Vertice sed summo spectatur Adorea, palmam
Vernantem dextra descripto carmine gestat:
Eripe te felix Virgo super æthera penna:
Iam pia Tænarij pedibus fera colla Draconis
Pressisti; nobis occlusum sæpibus hortum,
Vt victrix, reseras; flauoq. virentia ramo
Aurea poma legens manibus decerpis amicis?
Cętera quis referat? nescit mens plura videre,
Nec satiare queunt cupidum spectacula visum,
Interior pompæ ornatus maiora reseruat.
Aurea lasciuit passim quin semita cultu,
Purpureis conspersa rosis; & mitis amomi,
Et nardi spirat redolenti stipite odorem.
Nil nisi festiuum depascunt lumina, fulget
Ornatus paries, sponsæq. eshngit amores.
Hic Puerum lunantem arcus, telisq. tonantem
Virgineum in pectus cernes; exæstuat illa
Pupula adhuc, solumq. Dei suspirat amorem,
Aspice vt in niueum pectus diuina Columba
Labitur, excelsam lapsu fęcundat & aluum?
Post enixa parens illæsa puerpera vili
Pondera deponit, cælo lætante, mapali.
Pingere quis posset celsos Hyperionis arcus?
Et pompam, erectæ & magnæ miracula molis?
Extulit hic etiam venienti pegmata sponsæ.
Stat primum magno in spatio generosa Virago
Nobilitas, gratoq. alludit carmine Diuæ:
Et cedant fasces, & cedant Regia sceptra.
Ponè Honor opposito respődet grammate quadro,
Par nitor est formæ, niueo par forma nitori.
Ast vbi se portæ tollunt fastigia celsæ,
Vt geminas inter decisas arte columnas,
Pulcra comas, formosa armos Constantia virtus
Spectantes oculos, descripto carmine, pascit?
Quàm benè docta dolos eludere sola Draconis,
Et niueum seruare sinum, succedis olympo.

I decus

I decus, i cęli splendor, fortissima Virgo.
Sunt sparsa assvrij circum redolentia costi,
Segmina, depictis fulgent aulæa figuris,
Virgineo & visa effingunt insignia partu
Ostenta: ah video, video radiantia solem
Spicula vibrantem triplici lucentiùs orbe.
Hic rigida florens reuirescit vinea bruma
Balsama odora ferens Engaddea: diuite fontem
Currere vena olei miratur Roma: Sabeos
Euocat & Reges rutilanti lampade sydus,
Matris & in gremio submisso poplite adorant
En Puerum donis: quatiuntur marmora templi,
Quod posuit Paci miranda mole Quirinus.
Plura leges oculis partes conuersus in omnes.
Quid si Gradiui spectes miracula sedis?
Mirando ex opere assurgit pulcherrima moles,
Vèrtice sublimi, quassantem fulmina dextra
Lucentem specto descripto carmine Martem:
Quæ tàm felici veheris super æthera passu,
Aegide diuina armata? en noua Pallas olympi,
Pacis amans, placido lucentia sydera nutu,
Martis, sponsa Dei, post hac moderabere, Virgo;
Vt tibi blanditur niueis Victoria pennis,
Auxilio iam parta tuo? non tristis Erinnys
Effera sanguinea miscebit prælia palla,
Ipsa aderis cælo accurres si numine fausto.
Proh viden vt niteat speculo Prudentia dextra?
A læua Diuæ Constantia laudet honorem?
Quàm vaga se niueo monstrat Concordia amictu?
Quà latè lucens adamantina parte coronis
Arcum præcingit, dextráq. hoc carmine plaudit.
Te duce quàm felix Concordia concolor alis,
Tuta volans, animis auras inspirat amicas?
Stat iuxtà effigies Pacis, pulcherrima ramos,
Carmine descripto gestans vernantis oliuæ;
Te duce confractis volitat tranquillior armis

Pax, secura quies, mentis Fax alma serenæ.
Post Honor; & lituo depicta est fama sonanti,
Area quà geminas findit spatiosa columnas:
Mirus & ornatus campi; nam stromata muro
Pulchra nitent, referuntq. pij certamina Iesu;
Tartareo ex hoste & palmas, & parta trophæa,
Quæ pia subtili discreuit vellere Pallas.
Inter doctores leges enodat ephebus,
Diuina & vero depromit dogmata sensu:
Aspice cum sæuo miscentem bella Satana
Horrida vbi feruent tesqua Hiericontina monstris:
Ter valido aggressum fortis conamine pellit;
Ter vincit, squalens torpenti pallida vultu
Mors deuicta iacet. Diuino hic impete postes
Concussiq. Erebi: dura ceruice catenas
Excutit, & toruo despectat lumine prædam
Tartareus Pluto educi, cæloq. locari.
Sic depicta leges Nati, Diuæq. parentis
Parta trophæa, nitent vbi celsi tegmina muri.
Donec ad auratam lucenti lumine Sedem
Peruenies Iouis, & medio spatiaberis axe.
Hic noua consurgit moles; operosius ille
Ponit opus, iuuat hic omni contendere fastu,
Et positos superare arcus, maioraq. pompæ
Signa efferre polo, latè iuuat ampla videre
Atria, & excelsis pingi monimenta figuris:
Scilicet hic miro formatur machina fastu:
Non benè materiam nosces; nam lumina fallunt
Insolito splendore bases, & fulgor obumbrat.
In quadrum effigies portæ se se eleuat altè;
Visitur ingressu primum speciosa Virago,
Expandens leuibus candentia carbasa ventis,
Fortuna in summo portæ lætissima quadro.
Carmine descripto Diuæq. applaudit ouanti:
Quàm benè cœlestis fauit tibi Gratia, Virgo, (tis
Quàm felix, quàm grata polo, quàm pulchra Tonan

Visa

Visa oculis, facti vel prima ab origine cæli?
Diuitias omnes, vno tu sola recondis
Virgo sinu: Diuas inter caput exeris omnes.
Pyramis vtrinque erigitur memphitica, gemmis
Incrustata vagis, totum crystallina planum
Partis supremæ cingit deducta coronis.
Emicat ast inter geminas excepta columnas
Gratia: & à læua ridenti dulcior ore,
Et placidum spirans miti Clementia nutu.
Inclyta tum simili in spatio se Gloria tollit,
Aureolis incisa notis hæc carmina pandens:
Gloria te cælo niueis complectitur alis,
O summè dilecta Deo, per sæcula nomen
Gratum, dulce, pium, sanctum, venerabile viuet.
Instituet tibi templa solum, disponet & aras,
Et tua perpetuis celebrabit numina votis.
E regione nitet, regali splendida luxu
Maxima virtutum Charitas, hoc lemmate plaudés.
Iam noua succedas cælo Charis alma nitenti;
Prodiga tu magno ditabis munere terram;
Nubibus effusis rorantes ebibet imbres
Illa tuos, grato reuirescet roscida fœtu.
Talis erat portæ facies: sed semita rides
Discolor; & varijs mirè decorata lapillis
Serica dispositis aptantur vellera muris.
Hæc arguta Charis cari referentia Nati
Gaudia pinxit acu. Puerum pius excipit vlnis
Hic Simeon templo: diuina oracula pandit
Anna senex. Victor vacuato Acheronte resurgit,
Aethereas repetitq. plagas. Crux alma triumphum
Explicat, & fœdi purgata piacula mundi.
Interea senior proprio Saturnus & axe
Apparat ingressum; non vlla vincitur arte:
Inclyta sed magno spectatur machina campo.
Primo in prospectu plaudis venerabilis ore
Simplicitas, geminos inter pulcherrima scapos

Programma & niueo declarat symbola plano:
Pulchra oculos, formosa genas, pulcherrima mente;
Filia, sponsa, Parensq. Dei sine labe niualis
Pectoris, æthereas infer te candida sedes,
Inter cęlestes inter speciosa puellas.
Huic humili à læua placidoq. Modestia vultu
Respondet; similiq. adgaudet carmine Diuæ:
Adsis, sponsa Dei, cælestibus addita sceptris:
In sceptris demissa tamen, quæ regia mater
Summi electa Dei, tanto te munere dignam
Esse negas; cęlo tandem cape debita sceptra.
Vertice vbi summo portæ fastigia nident
Prominet insigni facie speciosa Virago
Dia Charis, circum pharetrata & plurima amorum
Turba adstat, descripta & pangit carmina sponsæ:
Ingredere en tantùm summo dilecta Tonanti,
Quem rapuit vultus, sinceri cordis & ardor:
En tibi declinat, diuino captus amore,
Sceptra Deus, digno & cinget diademate crines.
Nec minor interiùs sublimat limina fastus.
Hic etiam depicta nitent aulæa decore
Serica: sed variæ memorant discrimina vitæ,
Et mæstos recolunt casus, renouantq. dolores:
Inter lætitiam nè iuuat meminisse dolorum?
Per Pharias profuga hic terras depingitur errans,
Exiliumq. pati, fugiens Herodis iniqui
Ferales iras: Puerum viden anxia Iesum
Inter Doctores quæris quatefacta dolore?
Sed iam stellatus pompam molitur & axis.
Ipse triumphales venienti haud erigit arcus,
Sed noua disponit Dominæ dare munera: currum
Stellantem: vincunt radiantis lumina solis
Ornamenta rotæ; vincti temone iugales
Candentes efflant ignes; Auriga lupatis
Fręnat Amor: currum stellarum turba coronat.
Hac pompa, expectat Diuam, ad Crystallina tecta
Præparat

Præparat exceptam lucenti. ducere plaustro.
Sed quid supremi memorem spectacula cæli:
Ah tenuem fallunt, oculos hebetantia visum
Lumina; mortalis nescit sublime volatum
Ferre super cælum; victus deluditur ausu.
Euolat, at magno trepidat consistere nisu,
Ah video, video spatiosa per auia cæli
Agmina: mortali sensim sed lumine labor.
Comprimo iam cantum; Festino ad sydera cursu
Aethereum moliris iter, Virgo, inclyta sponsa;
Cæli Reginam teque excipit aula triumpho.

Eiusdem in cælum assumptæ Epithalamium.

MVsæ; quæ Mariæ comites per sydera passu
Dulcia virgineo traducitis otia lusu,
Grandiùs & canitis diuino carmina cantu;
Mecum agite en tacito discedite ab æthere lapsu.
Dulce melos, carmenq. nouum inspirate canenti;
Vt festiua nouis indulserit plausibus aula,
Aurea cęlesti reuocate in carmina auena,
Et celebrata Deæ toto sponsalia cęlo.
Sydereas vbi sponsa plagas euasit, & inter
Aethereos proceres solio subnixa resedit,
Accensura nouo sponsi sacra pectora amore
Optatos complexa sinus, atq. oscula sponsi
Virgineo libauit amans ore, aurea amoris
Oscula, & ardentis testantia pectora amantis.
Tum Pater imposuit capiti diadema coruscum;
Cui medio grandis fulgenti luce smaragdus
Emicat & varijs hebetat splendoribus auras,
Arte laboratus multa quem fecerat illi,
Alma

Alma parens Natura: hæc prima ab origine cęli
Sedula regalem vestem discreuerat auro,
Quam vestit, magnoq. augustat syrmate cęlum
Regali in solio fulgens Regina polorum.
Ast Amor interea, plaudenti sydera passu
Perlustrans arcu iaculatur sæpe sagittas;
Cordaq. demulcet læta dulcedine Diuum;
Et celeres cęlo iactantior explicat alas,
Itque, reditq; noua Diuos & prouocat arte;
Excutiens dextraq. faces, sponsalia Diuæ
Aspectu festinus auet, cogitq. lepore
Iam totum gestire polum. iubet ocyus omnes
Plectere dulce melos, genialia carmina sponsæ,
Atque nouis Diuos cęlo indulgere choreis;
Et plausu, & fastu crebro diuentilat auris
Cæsariem; candensq; oculis flammantibus ardet.
Sed iam, sinceris vbi vernat floribus æther,
Purus odoratas spiratq. fauonius auras;
Diuinæ incipiunt Charites modulamina cantus:
Mons est, vernanti quē cespite plurima obumbrat
Arbor, panchęos & guttant gramina rores;
Leniter irriguo manans nam labitur alueo:
Muscosis fons clarus aquis, hic irrigat arua
Rore leui, flores æterno & ditat honore.
In campum se pandit apex, quem pulchra coronat,
Et munit circum frondenti vimine sepes;
Intus prata virent grato redolentia odore;
Perpetuo & rident vernantia germina flore;
Sed quà decliuis se flectit vertice vallis
Non inculta iacet, nemoroso stipite diues.
Hanc facies iucunda beat, peramænaq. cultu
Planicies vario; spirat felicior aura;
Perpetui veris mulcent spectacula mentem,
Pubescunt virgulta vago reuirentia fętu:
Nil nisi odoriferum, & grato spectabile visu.
Euolat hùc illùc pubes pennata volucrum;
Et

Et docto varios argutat guttire cantus.
Sed gemini & lambut fontes gemmantibus vndis,
Iucundo flexu rorantes, arbuta syluæ,
Perplacidum indulgent frigus; nitidiq. lapilli
Intus aquam decorant; dulci errabunda susurro
Vnda strepit, cursu modulos imitata canoros:
Gustatu dulces lymphæ, quibus abdita cedunt
Nectara, & Ambrosiæ liquor omnis: fontis & haustu
Doctos concipiunt cantus, & carmina Diui.
Hos sacer exhaurit Dauid, dum carmina Vates
Concinit, & sponsæ Salomon modulatur amores.
Mons vbi cælestes Musæ modulatibus auras
Sæpe cient, choreas sociato & carmine ducunt.
Hùc Diuinus Hymen cælo cui munus amantes
Cælestes dotare toro, genialia Diuis
Diuina è pharetra partiri gaudia Amoris;
Accersit cæli Vates. Speciosa iuuentus
Nectere docta modos, numerisq. impellere chordas
Aduolat, & feruens studio noua carmina sponsæ
Præparat, ac dulcem variare choreummate cantum.
Ipse chori plectro insignis resplendet eburneo
Dux Raphael, viridi cinctus vaga tempora lauro;
Quem millena cohors sequitur læto ordine Diuum,
Innumeris instructa modis: pars nablia palmis
Vertere docta: leui pars consona tympana sistro
Iungere: pars pulsare chelym: pars docta canoras
Ad cantus varijs modulis inflectere voces:
Candida pars flatu lituos animare choraules;
Huic varium collucet opus testudinis: illi
Barbitos: huic distincta vagis lyra pedula gemmis;
Bis senæ hos inter, forma præstante sorores
Excellunt cæli Musæ; Charitesque, Deæq.
Docta magistra Chori placido Melopeia vultu,
Sponsalis thalami Pudor, illibata Voluptas,
Euphrosyne, intemerata fides, cæli Ardor amorum,
Et spes alma parens, niueis candentibus alis

Lætitia;

Lætitia; atq; ocelis, risuq; Modestia læto.
Omnibus vna ætas, vultus decor omnibus vnus,
Quas circum, senium excludens, volat aurea pennis
Pubertas speciosa genas, frontemq; lamenta.
Regius hic etiam, redimitus tempora sorto,
Est Vates Cithara insignis; lectissima Proles,
Olim diuinum sponsæ modulata decorem.
Qui Nilo profugus, diuisis æquoris vndis,
Dux Israelem, fatalis munere virgæ,
Incolumem traiecit aquis; doctissima cantu
Pulchra soror; sueta & melicis concentibus Anna,
Vatum turba omnis. Quò postquam accita iunctus,
Imperiosus Hymen genialia gaudia Diuæ
Indicit, sponsæ cælestis carmine tedas
Et celebrare iubet: cum cæpit pectine eburneo
Isacides pulsare chelym, numerisq; canoris
Primus dilectæ recinit sponsalia Neptis.
Diua veni, formosa veni, Virgo aurea sponsa,
Sponsa veni, Regina veni dilecta Tonanti.
Adstitit, incæpto, tenuitq; silentia cantu
Tum Chorus, & tacitè præludia carminis hausit;
Ille iterum, celeri percurrens verbere plectrum,
Incipit, associans fidibus vaga carmina lætis.
Qualis purpureo fulgens Pallantias ortu
Stellantem depicta sinum designat amictu
Luce diem, sensim patefacta & lampade, cæli
Respondet claro venturum lumine solem.
Sic Virgo effulges, solique propinquior affers
Vna diem, pandisq; iubar stellata serenum.
Ludite vos hilares, si quando ludite Diui.
Oscula sincerum designant cordis amorem
Sponsa tuum; caro iam libes oscula sponso;
Tota lepos, & tota Charis, tibi copia Amorum
Militat: & quamuis culti violauerit oris
Sol picto nigrore genas; tamen aurea sponsa es,
Pulchra tamen sponsa es, rutilisq; nitentior astris.

Ludite vos hilares, si quando, ludite Diui,
Qualia vernanti rident argentea campo
Lilia, odoratos procero caudice crines
Exponunt, pulchrèq. inter vepreta virescunt:
Sic omnes inter fulges tu sponsa puellas;
Vna puellari cultu dilecta Tonanti
Virgineas effundis opes, sic gratior vna
Cælestes superasq. Nurus, vincisq. puellas.
Ludite vos hilares; si quando, ludite Diui.
Effundis vaga sponsa fauos, permixtaq. melle
Nectara depromis. quid te non ardeat vnam
Mille inter sponsus? quid non & donet honores
Diuitiasque poli? quàm saucia corda liquantur?
Subtrahe sponsa faces; en totus vt æstuat igne
Sponsus amans, feruetq. oculorum saucius ictu.
Ludite vos hilares, si quando, ludite Diui,
Quàm vaga, quàm pulchra es speciosa, spōsa decore?
Nulla notat labes pectus, tota aurea sponsa es.
Tota places, vno diuini luminis ictu
Vulnere pectus hiat, sic sponsus languet, & ardet.
Cincinno vincisq. vno; qui colla pererrans,
Mille illi intentat nodos, & vincula Amoris.
Ludite vos hilares, si quando, ludite Diui.
Qualia purpureis vallantur punica granis
Mala; genis sic sponsa tuis rosa pulchra renidet.
Florida iam sponsæ vernanti stipite serta
Nectite, quæ dudum cæli est populata decorem;
Purpureis stipate rosis, vaga lilia circum
Spargite, vos sponsam feruentem cingite malis;
Cingite; diuino nam languet saucia Amore.
Regius hæc Vates. Geminant sed carmina Diui,
Instaurantq. melos: resonat concentibus æther.
Dulciùs, alternantq. choris sponsalia plenis.
Quid mihi, sed fusa caligant lumina nube?
Voluor humo; fugiunt cælestia spectra triumphi.

In

IN DIE FESTO SANCTI
Io. Baptistæ
Genethliacum Carmen.

NVnc age plaudẽti recinas mihi carmina plectro
Musa age sydereas inuites blanda camœnas:
Si libeat, diuina canam; tu me insere Diuis,
Dumq. nouo celebrant festi solennia plausu
Cælicolæ, festiua canam natalia Diui.
Eripe ad æthereos tecum me, Nate, triumphos,
Et superis admitte choris; vel numine, mentem
Irradia, segnis soluens retinacula linguæ.
Diue faue, facilisq. pijs illabere votis:
Qui nondum teneris poteras vagitibus auras
Demulcere, Patris, clausæ tamen obice vocis
Excusso, formare sonos, modulamina cantus
Fundere donasti Vatem, præsagia vitæ.
Pupule, dum tenui meditamur arundinè carmen,
Instrue, cælesti & facilem da numine cantum.
Quæ primum? Quæ deinde sequar? tibi regia Diuum
Maxime cælorum Regis Præcursor ouanti
Tota fauet, grato celebrat tua gaudia plausu,
Scilicet æthereo qualis sol emicat orbe
Purpureos vibrans radios, & sydera vincit
Clara; vbi puniceo primum patefecerit ortu
Cælestes Aurora fores, & plena rosarum,
Pinxerit ornatu vario nitida atria cæli:
Talis Diue nites cælorum vertice; lucem,
Solis inardescens radijs melioribus vnus
Diuinam vibras, maior super æthera tollis
Sydereos inter proceres caput, amplior vni
Stellatus collucet apex, gemmisq; coronant
Inclyta centenis niueam diademata frontem.

Et

Et cur non maior, cælisq. augustior vnus,
Puriùs æternum diuinos concipis haustus;
Quem nulla infecit labes? qui clarior astris,
Mortales hausisti auras; vteroq. parentis
Conceptus dij sensisti flamina Amoris?
O Amor, ô pietas diuini Spiritus? aluo
Te Matris, diuina illæsum gratia seruat.
Qualis vbi primùm cælo Titania lampas
Fulserit, & radijs sinceros panderit ortus,
Ros cadit, & flores fęcundat largiùs imbre,
Ambrosium infundens succum; quo mellea dona
Sedula stipat apis, cupido dum nectara morsu
Lambit; odoratasq. sinu flos ventilat auras:
Sic tibi vix nato cælestis gratia risit
Diue, Deoq. animam Matris sacrauit in aluo;
Dumque lates vtero veneraris numen Iesu,
Et Regem cæli, clausus, sine voce, salutas;
Virginis ad voces, dum mutua basia libat,
Et fouet amplexu Elisabet, tu numen adoras.
Iam tum diuinos afflatus excipis, auram
Cælestem captans propioris numinis haustu:
Quin sacra materni perrumpere vincula ventris:
Vellet amor; viso decedere carcere Iesu (las
Dura in amore mora est: vtero quàm clausus anhe-
An ne tuos videor pueriles cernere plausus?
Vt ferias paruus leni sacra viscera pulsu,
Natalis damnesq. moras; obstacula palma
Tollere coneris nimia dulcedine tactus?
Et cur non properas nonum vaga Cynthia cursum?
Cur non maturas partum? tibi Natus honorem,
Et lucem luci iunget; decus adde decori
Orbem sydereum complendo, vt prodeat aluo
Maximus è sacra, melioris nuncius æui,
Et teneris mulcere doce vagitibus auras:
Aspice vt effractis tentet decedere vinclis,
Linquere maturo nondum sacra viscera partu.

Aſt vbi præſenſit fęcundo pondera fętu
Eliſabet Mater, felici nititur aluo
Felicem ſobolem: Quæ gaudia concipit ante
Infantis præſaga ſui; cui gratia cæli
Plena fauet, ſuperum Regis qui nuntiat ortus.
Quàm benè cęleſti hoc puero ſolata ſenectam?
Non ſterilis paſſura notam; non vltima tandem
Fęmineos inter cętus; cui tarda, ſed inde
Gratior affluxit cælo tamen aura Tonantis:
Exere ſacratum pondus, monituq. ſupremo
Excelſum promas nomen, quo maius habere
Vlli hominum nato nondum contingit, vt vna
Munere diuino ſoboles tua gaudeat: ecce
Omen habet, dum nomen habet cęleſte Ioannes.
Felix ſorte tua Eliſabeth: iam coniugis ori,
Angelico iuſſu iam verba negata redibunt.
Prome Pater dudum religatæ vincula linguæ,
Fare Dei mandata tibi; dum ſacra litares,
Sanctas panchæis adoleres thuribus aras:
Nuntius ætherеis oris quæ detulit ales
Ancipiti dubius nutas dum mente, miniſtro
Nec credis cæli, ridens. Sed fare; quid obſtat?
Natus vt amiſſæ tibi temperat organa vocis;
Dulcibus vt modulis Vates prędicere poſſis
Angelicæ euentus vitæ; iam dulcia ſoluas
Verba modis, geniti & promas oracula Diui.
Vix ſenior pinxiſſe notas, quæ nomina Pupi
Deſignant, potuit, cùm fudit pneumate carmen.
Maxime cælorum Rector, quem cura Nepotum
Iſraelis habet, ſummæ tibi laudis honores
Mente fero gratus, ſuperis qui reſpicis aſtris
Afflictas gentes, & diræ vincula mortis
Fregiſti, ſortem noſtram miſeratus acerbam.
Ecce ſalutiferæ nobis tua cornua dextræ
Erigis in pueri ſerie Dauidis auita;
Scilicet hoc olim cecinisti pectore Vatum,
Promiſſi

Promissi æterni memor, vt sæuo hoste receptis
Optatam tandem faceres miserate salutem
Antiquis nostris Patribus tua munera donans,
Non sacræ oblitus concepto fœdere legis,
Sancitum iurando Patri irreuocabile fœdus.
Promissis standum nobis; quò nube timoris
Atq. hoste ereptis, seruire libentius vni,
Labe procul, iusti moderato examine cordis
Contingat longæ per stamina dulcia vitæ.
Tu Puer interea diuinæ conscius auræ
Fata canes; Domino siquidem prænuncius ibis;
Vt doceas ignota homines documenta salutis,
Criminis vt pœnæ dimissa labe luantur:
Hæc Domini per te pietatis viscera, cœlo
Qua lapsus visit sæuo nos funere mersos:
Cæca serenando dispellas nubila mentis
Vt pacis rectos adducat semita gressus.
Hæc senior; tacitos recinens afflabat & ignes.
Sed quò nunc maior me surripit impete motus?
Ante oculos speciem referunt obiecta verendam
Pupe tuam. Quid enim vitalibus editus auris
Dona laboratæ Cereris, gratique Lyæi
Dulcia vina fugis primis puerilibus annis,
Annosis stipans tibi mella liquantia ramis
Rustica sudat apis: Pretiosa haud vellera lanæ
Lydia, nec tyrio quæ fœmina tinxerit ostro
Membra tegunt: duri sed seta retorta cameli
Conuestit nudos humeros, perque auia opaca
Ducis inoffensam nemoris sine crimine vitam.
Quin etiam niuei quà labitur vnda fluentis
Iordanis, sacra irroras aspergine sordes
Humanas, populum sanctis & diluis vndis.
Proh quali superum terris dignatus honore es?
Vt cæli lustraret aquis tua dextera Regem:
Dextera sed pauitat: numen venerata verendum
Diue tua: hinc puris Dominū vix tangere Lymphis

Ausa Deum, subito insonuit cum fulmine cælum;
Discolor è cælo depinxit & aera nubes;
Astitit & velox nitidas argentea pennas
Albà columba super iucundè insedit & alis.
Tum Pater insonuit fulgenti è turbine, veram
Esse Dei sobolem. Hæc inter monita alma salutis
Diue dabas Iudæ populis. Sed vera monenti
Impius exarsit furiata mente tyrannus;
Cui nigras accincta faces, redimita colubris,
Torua oculis, iramq. animosq. ministrat Erinnys;
Nec puduit diris solùm detrudere vinclis:
Ille Deoq., hominiq. inuisus demetit ense
Excelsum caput, vt sæua conuiuia cæde
Incestet saltantis amor. Tu Diue triumphas
Cælesti in solio triplici redimite tyara,
Virgineos inter cætus, cui candida ludit
Circum palla pedes; niueum sine labe decorem
Nam seruas, syluæ cultor, ter maxime Vates,
Et Martyr roseo fudisti sanguine vitam.
Num mihi iam gratos fingunt spectacula visus?
Scilicet irradias cælo; comitatur ouantem
Virginei te turba chori, Vatumq. corona
Ponè sequens graditur, rubeis accincta maniplis;
Sacra cohors meritos concedit carmine plausus.
Ergo age nos tecum superis admitte choreis;
Vt tua qui memori renouamus gaudia mente,
Dum cælo stellatus ouas, & plaudere coram
Possimus cælo, gestire & perpete plausu.

IN DIE FESTO SERAPHICI Francisci Assisinatis.

QVis nouus inuadit me sacri carminis ardor?
Sentio diuino conciri pectus ab oestro,

Et

Et validas per corda faces: quis suscitat ignes?
Tu qui cælesti ferues Seraphinus amore,
Et cælo pharetratus ouas, me tollis olympo,
Me FRANCISCE tua inuitas ad carmina luce.
Scilicet externæ referam spectacula noctis,
Dum me somnus habet lauri cóceptus ad vmbram.
Concipe cælestis, pectus, iam numinis auras;
Delius aspirat maior: Parnassia musa,
Non Helicon perflant cantum: tibi sacra camęnæ
Carmina cælestes dictant, afflantq. canenti.
Hesperus æthereo iam clarus fulserat axe,
Cum placido lapsu per prata virentia rores
Occidui sudant sub sera crepuscula solis:
Lenis perflabat Zephirus fragrantia flabra,
Et virides lambens quatiebat leniter herbas,
Tum me lethæa somnus per amæna vagantem
Sub densa lauro asperlit viridaria virga;
Lumina vix oculis hæsere natantia clausis,
Ilicet hæc vigili patefacta insomnia menti.
Pandere se empyrei video rutilantia cæli
Tecta mihi: fulsitq. oculis splendentior aura
Quàm iucunda meis? ò quàm mulcentia pectus
Visa soporatos pulsant spectacula sensus:
Atria dædaleo latè vaga schemate lucent;
Cælatus paries sincero fulgurat auro;
Limina ter quatuor latè præstantia gressus
Ampla patent, blandè & ducunt ad gaudia Diuos.
Trinaq; quà sæuis aquilonibus asperat vndas
Eolus, excitos torquetq per æquora fluctus;
Purpureos quà Phœbus equos attollit eoo
Trina patent; totidemq. iacent, vbi frigidus Auster
Præcipites agitat nimbos, atq. ingruit vndis;
Et qua fluctiuagum, roseus se Phæbus in æquor
Immergens, cælum stellis humentibus vmbrat.
Hæc adamantineis fulgent vallata columnis,
Grandes ostentant aurato & cardine postes.

Marmora centenis circum fulgentia gemmis;
Obtutum mulcent ; varios signantia honores;
Et modò chrysolithi facię ; modò imagine ludunt
Fulgoris rosei, nitidumq. Amethyston adumbrant.
Hæc , geminæ occludunt radianti lumine valuæ.
Dum feror hùc oculis , se se mihi roscida Tempe
Occurrunt, læti patuere rosaria Pęsti.
Purior electro labens argenteus vndis
Currere visus humi resonanti murmure riuus,
Plurima quem circum cingit fragrantior arbos
Hyblæis frondosa rosis , & margine ripæ
Milleni vernant redolenti caudice flores,
Perpete quos recreat fætu iucunda virentes,
Intonsos motatq. apices leuis aura fauonii .
Ecce mihi verò , dum prata virentia lustro,
Ante oculos speciosa cohors , formosa Iuuentus
Ludit plaudenti per roscida gramina passu,
Plaudit ouans , distincta choris , redimita corollis,
Sustentat dextra palmas : at colla flagellant
Neglectæ post terga comæ: vaga sydera fronte
Sparsa micāt: operit, pro cyclade, splēdor & armos.
Incipiunt alij lætanti carmine cantus :
Cerno alios dulci cythara , fidibusq. canoris
Dulcisonos formare modos, animare sonantes
Hunc testudineos , dum pulsat pollice, neruos:
Verberat ille chelym, cantumq. sono excipit : illi
Tympana cum sistris, arguta monaulia plectris
Concordant ; pulsat pars læta Magadia palma.
Hæreo ; & attentus bibula contentiùs aure
Excipio modulos , variæ & discrimina vocis .
FRANCISCI insonuit nomen : solemnia Diui
Festa canunt, meritos terris celebrantq. triumphos.
Gratiùs hos inter cecinit Melopeia carmen
Dulcisona comitante chely modulamina vocis .
Conticuere chori, doctæ & plausere canenti.
Sume triūphalē (cecinit) FRANCISCE coronam

Conſcende auratum currum, radijſq; nitentem
Tu nouus en Seraphin diuino flammeus igne;
Totus amor, totuſq; ignis flammantior ardes;
Et cælo pharetratus abis: ſpreuiſſe fugacem
Mundum, diuitias, carnem domuiſſe rebellem,
Deliciæ; tibi Indus erat, tibi trita lacerna,
Et vilis reſtis molli pro vellere ſerum;
Vnum ſpirares cupido cùm pectore Ieſum;
Spicula quæ cordi ſeruaſti ardentia pectus?
Non te concuſſit tetri frons dira Tyranni
Odryſij: non pruna ardens; non flammeus ignis:
Vltrò ardere paras; cari modo dogmata Chriſti
Barbarus affectet; diuino ſcilicet igne
Totus hias, ſolumq. fouent pia pectora Ieſum.
O amor, ò ſeraphin cælo pharetrate triumpha.
Hæc cantrix: plauſere chori, plauſere theatra
Omnia cælituum Diui teſtantia amorem.
Reſpondet, reſonatq. nouis concentibus æther.
Ecce autem venit curru FRANCISCVS ouanti
Hunc rutilæ lambunt flammæ, radijſq. coruſcant
Purpureis ſtellata rota: ille idem aureus alto
Auricomos frænatq; ſedens temone iugales.
Mille pharetrati circum comitantur Amores.
At geminis ſimiles manibus ſplendore ſmaragdis
Inſpexi fulgere notas; radiantia plantis
Sydera purpureas iaculari ſtigmate flammas;
Pectoris & medio nitidum rutilare pyropum,
Hæc prius, Aſſiſæa iacent vbi ſaxea teſqua,
Oranti Seraphin, rigido defixerat antro,
Vulnera dilecti ſummè morientis Ieſu;
Nunc cælo feriunt radijs ſplendentia viſum.
O nimium dilecte Deo, quæ pignora Amoris
Conſeruas, FRANCISCE, tui, quæ laurea amantis
Iſta nitet? quos en diuinus pectoris ardor
Eſt cælo, FRANCISCE, tibi mercatus honores?
Diſcite, mortales, cæli lucrarier almas

Diuitias; veros prædari, discite, honores.
Est solus mercator Amor; donantur Amori
Omnia, nec fallunt verum cælestia Amantem.
Ipse suò arridet blandè festiuus honori,
Atq. triumphali curru spectacula Diuum
Lustrat, eunt Charites secum, sacriq. lepores:
Aureus in terras quà pergunt depluit imber;
Spicula torquentur niueis ardentia flammis,
Et dulci medicata fauo, iucundaq. philtra
Effundunt manibus grato vitalia succo,
Corda quibus vincunt; ignis, facta ebria, flammas,
Equuleis immota hærent, horrentia spernunt
Stagna gelu, ridentq. minas, gladiumq. tyranni:
Grata sitis, dulcisque fames, sudore fatisci,
Insomnes precibus longas traducere noctes,
Et saxo recubare graui, durare labore
Membra, cauis, horrore, situ, squalentibus antris
Degere, & in summa noctuq. dieq. columna;
Hoc ludus, iucunda quies, & sola voluptas.
Scilicet hæc hausit FRANCISCVS pocula Amoris,
Largiùs & fundunt inter solemnia Diui
Ista solo Charites, effundunt largiùs imbres.
Pande sinum ò anime effusos & concipe rores;
Ebrius his strenuus sudes, & prælia tandem
Spretor opum, terræq. osor cælestia miles.
Dum specto, dilapsa oculis me liquit imago.
Excitor: igniuomo læduntur lumina curru,
Et fugiunt cupidæ iucunda insomnia menti.

Ad Sanctam Teresam.

ERipe me cælo tecum Teresa Virago,
Hispani laus magna soli, sanctissima Mater
Carmeli, nutrix eadem, & spes maxima cætus:
Eripe me tecum, nostrisq. assuesce vocari

Cantibus:

Cantibus, assurgo tantis & si ausibus altè
Icarus, atq; audax magno me accingo labori.
Discute, magna Nurus tenebras, cęli accola felix;
Robore firma animos ad prima incæpta labantes.
Tuq. dies felix obitus; cęloq. triumphi
Inclyte spectator memores mihi dia canenti.
Porpureos Phebus iam duxerat axe iugales
Splendidior solito, maiori & lampade cęlum
Lustrarat, cęli Seraphin quo maxima Diui
Annua Francisci reparant solemnia festi;
Aurea cælestes cum magno stamine Parcæ
Ducta colo nentes Teresæ sæcula Diuæ
Vltima fila trahunt, finemq. imponere vitæ
Instituunt; illam tum cęli ad regna vocari
Aliger interea superum persensit Amorum;
Ille, polo lapsus qui quondam torserat aurea
E pharetra in pectus diuinæ spicula flammæ,
Icta quibus Teresa nurus diuinitùs hausit
Corde faces, & cęli exinde incanduit æstu;
Ocyus imponens lateri prius ecce pharetram,
Arcum componens manibus, mandata nocendi
Quàm lęthi acciperet fatalis dura ministra;
Labitur è cælo tacitè, lætè explicat alas,
Oppositos finditq; notos, quà tecta renident
Almæ Vrbis: thalamo & magna cum luce refulsit
Teresæ Matris, iuueniq. simillimus ore
Talibus alloquitur dictis; Teresa moraris
Quid dudum terris? nitidi ne sedilia cæli
Iam pridem te celsa vocant? illa aurea tecta,
Illa poli millenis collucentia flammis,
Quæ tua suspirant torrentia pectora amore.
Macte animo præclara Nurus, quos numinis haustus
Pectore concipies? Quali potiere beata
Lumine Virgo Dei? Quantùm saturabis amantem
Mentem? diuino æternùm iungeris amanti.
Si cupis erumpi terreni vincula nexus

Sublime ad cælumq. animam tranare volatu
Et Christo iungi, cuius tam pectus amore
Aestuat; & suspirat amans; compage laboras
Irrequieta graui tristis dum corporis: ipse
Ipse modo complebo tuæ suspiria mentis,
Et dabo felici cælum percurrere penna.
Agnoscis vultus nè meos, chlamydemq; Virago,
Inclyta? celestes ego non postremus Amores
Inter, qui pridem, pharetratus cuspide multa,
Molle latus, dio iaculatus tela lacerto,
Traieci, Teresa, tuum; dulcedine mistus
Vnde dolor desæuit adhuc: tua vota, precesq.
Ipse implebo libens: solum nunc annue, Virgo.
Dixit, & è roseo perflauit pectore odorem;
Ardentem quassansq. facem inflammauit amore.
Virgo solo fixos oculos deiecta tenebat
Aligeri verita aspectus, vix ille locutus,
Talibus excepit dictis; cæli inclyte miles,
Aethereum cognosco decus; iam nota nitentis
Oris imago tui; Sed quid dignaris honore
Seruam humilē, immeritā? cæli quid sydera spōdes?
O vtinam dissoluar humo, coniungar amato
Et sponso; isto vtinam eriperes me carcere, & astris
Inferres nitidis cæli diuine Cupido.
Quid potius sperare licet? quid pectus anhelat
Gratius? & mens quid nam optare libentiùs ausit?
O me felicem; lateri quæ spicula pendent
Illa tuo, & dudum pharetra conduntur in aurea,
Si in me vibrares, iaculator maxime cæli;
En quàm vulnus hiat medicata cuspide teli,
Quod fixum lateri reserato vulnere gaudes
Aliger, hoc iterum renoua, iaculare lacertis
Tam validè, vt superis mens libera deuolet astris.
Hoc iterum confige latus, confige, retorque
Spicula, & ardenti me vulnere dia cruentem.
Ah veniam, veniam, cælo quid gratius optem?

Subtrahe me vinclis, me tolle, Amor inclyte, cælo.
Talibus orabat precibus Teresa Virago:
Diuinasq; faces imo sic pectoris hausit,
Vt cælum suspiret amans, cælum ardeat vnum,
Iamq. moræ impatiens diuino pectus amori
Apparat ipsa vltrò, veteriq; in vulnere vulnus
Esse cupit, cæli iam fracta, & saucia Amore
Elanguet, tenues vix spiritus erigit artus,
Et moribunda velut flammantia lumina claudit.
Cum celer auratum cæli Aliger accipit arcum,
Missile tum dextra è pharetra penetrabile sumit,
Protinus & lunans arcum, componit, & altum
In vulnus collimat idem: volat impete velox
Missile, languentiq; aperit sub pectore vulnus.
Hæc dulcore labat, leni cubat ebria somno,
Felicemq; animam mortali è carcere soluit.
Ille triumphanti cælestem vbi condidit aulam,
In cælum velox paribus se sustulit alis.

Satyra in Maledicos veteratores, in gratiam amici scripta in Iuuentute.

NVmquid ego impunis taceo, meritisve rependo
Mordaci haud dudũ, dulitiro carmine, Milio?
Obstrepero rostro, rauca quid voce crocitas
Corue, Venenisni haud manantia felle Chelidri
Tela times? numquid satyrarum scriptor abundo
Morsibus? An feda detergo labe pudenda?
Temporibus nostris & norunt esse poetæ,
Qui valeāt validum manibus distringere thyrsum.
Heus mi tu, qui magna sonas, & turpia doctor
Castigas; fedant quid si te obscena vicissim?

Vah

Vah medicum? numquid fallunt albentia gypso,
Post nasum offendunt tetro pędore sepulchra?
Quanta, papæ, grauitas verbis, dum turpia crispans
Frontem vituperas, rigidoq; in iurgia vultu
Indicis pęnas, secreti & vindicis iras;
Post maledicta tonas, & fęda tonitrua iactas?
Grandia quid morali de virtute locutus
Clunem agitas? laqueis nostris deprendimus ehò
Te nè etiam? quales dicas mouisse cachinnos,
Et nimio geminum risu doluisse molarem?
Quis non in bilem rictum ter surriget ira,
Dum cernit Curium verbis, factis sycophantam?
Qui damnet fures, & fur discerpat amici
Famam: accuset qui iurgia, iurgia dicat?
Ast iterum ride: Cythereæ spicula Diuæ
Tectè bellus homo venatur; sponte perosor
Ille idem, qui iam paulo ante Cupidinis ignes,
Vritur; at distans faciet quid proximus igni?
Quàm volupe est verò mordendo fundere versus;
Quos neq. comędus Dauus mastigia laudet;
Vt scurræ audierint, subitò vt ludibria damnent?
Heus nullam nè vocas meritò tibi numine Musam?
Sic etenim metro nullus fauisset Apollo,
Fictiloquo, obsceno, insulso fędèq; pudendo.
Musa nè dispersit raucum tua stridula carmen,
Dum caneres, famæ prædo mendacia versu?
Et quoniam obtusa est cuspis, se se illa retorquet
In te; distringunt prauum maledicta canentem;
Heus hùc, hùc age qui bellè bone carpis, amice
Et naso suspendis: qua tentigine ludis?
Quoue ioco rides? nulli ridendus & ipse?
Num prius & se ipsum fas est exploret ad vnguem,
Qui vitæ mores, alienaq. crimina culpat?
Inspeculo primùm te contempleris amice;
Hinc alios ridebis, formosum mage dum te
Conspicies, nulla vt condemnent menda decorem.

An mihi certa notant, vultus in imagine mentem
Argumenta; tuam, & tacitùs mala signa figuris?
Prælongis inarata cauis frons; sylua pilorum
Hinc, inde insistés geminum malè lumen obũbrans,
Secreta te mente loqui nonnè arguit index
Illa frequens oculi tecum reuolutio, fraudes?
Nec fallit, si facta puto; nihil ipse volutas,
Nilnè agitas animo, quod non malè vertat amico;
Anguilla & tamen es, calido & sinuosior angue.
Ridendum in cætu est? tenuem das ipse cachinnum,
Et rictum tollis: tamen hæc haud signa modesti;
Sed fictum damnant animum, quòd deinde latenter
Ore notas, non hic quòd pectore risus anhelet:
Non ea quæ loqueris, sentis; mihi dicis, & illi
Protinus hoc narras, animorum perfida cuspis:
Sed mellita caue tu verba minantia fraudem,
Intendit laqueos verbis facundus, amator,
Iucundusq. comes donec depræenderis: ecce
Accusas aliquem primus, maledicta recondit
Accusans; laudas primus, benedicta reponit:
Vsq. adeo vafer alterius se vertit in ora.
Quòd si hunc inuitas lauta ad postcęnia, habebis
Haustum quem faciat vinum, sermone disertum:
Dulcia composito permiscet bella lepore;
Sed factis melior; quem mensa platonica secum
Nollet, & acciret mollis mala turba Epicuri.
Sed quid? pulmento post deficiente, peribit
Protinus appositæ quantum dat gratia cęnæ.
Obgannit, damnatq. coquum, labrumq. susurrat
Lambendo, condita super conuiuia amici.
Ah fugito hinc lurco, turbis miscere popinam,
Nidorem eructans vini potis? ò mala pestis,
Atq. vorans syrtim nũquam benè pasta Charybdis.
Hic num deuicit Dauum, Apiciosq; gulosos?
Auferte hinc cyathos, positamq. extrudite mappã.
Ridet, compresso demulcet pollice barbam,

Festiuis

Fessiuis scitè tacitus blanditus ocellis,
Ipse caue tamen, Ardelio nam maximus ille,
Iam nosti, nec plura; caue; post terga habebis
Intimius qui te mordenti lanciner ore,
Et carnem morsu nociturus ad ossa recindet.
Quid? Dormit vulpes, patulas protendit & aures,
Et tacitus cordi stulte ò tua verba recondit.
Post monet; est astutus, garrulus, ore bilinguis
Cœnosis stagnis ranarum more coaxat.
Tu fuge dum noris pestem, digitoq; sodali
Tabificum cautus fugiendum dicito monstrum,
Monstrum naturæ; quòd si furialis Erinnys
Sparsa comas rabie, sanieq; hunc destinet orco,
Arreptum manibus, flammisq; adiudicet igni;
Vulture dissoluens Tityum, te, Sisyphe, saxo:
Nil potuit fecisse viris, quod gratius optent.

In insulsos Poetas.

O Diui hinc fugiam? pedibus num puluere pulso
Alteriusve solum vertam? vel inhospita cinq.
Arua petam, vt degam fugiturum; inglorius æuum
Solus? quandoquidem nostris consistere terris
Haud facile est, vilis tot vulgi inhiantibus auram;
Nullæ & sufficiunt iam doctis ciuibus vrbes;
Et nos turba humilis, victi concedimus illis
Sponte locum, viridis sua quos sapientia laudat;
Dudum at nostra senex vilescit lurida vultu;
Anne ita? vah damnum: leuibus pallescere cartis,
Nocturnaq; manu libros versare diurna
Quid vates clamas? tardè quid cudere carmen,
Nec nisi tornatum benè nonum prodere ad annum?
Frustra; cum nostra iam tempestate camœnæ
Et vigeant, & viuat plurima copia vatum,

Qui

Qui verſus fundunt numeris venientibus aptos;
Non hos cura premit, digitis calamumve morátur,
Suſpenſi atque animo meditantur carminibus vim
Indere, ſed properat docto ſententia ſcripto:
Quidnam aliud dicam? non imploratus Apollo
Ipſe fauet; iungens omnes in carmina ſenſus.
An vos pegaſeos ſincero è fonte liquores
Vſq. adeò exhauſiſſe puteın, quòd prodeat apto,
Et compto, & facili, & docto de carmine vena?
Credo equidē; ꝑ amœnas ſyluæ heliconidos vmbras
Ad properantis aquæ murmur, quà lucidus amnis
Vicinos humectat colles fons Aganippes,
Cum Nymphis fuit ire datum vobis, mihi nūquam:
Quale agmen vatum Permeſſi naſcitur oris?
Aſt ego Mæonidem ſituo, tragicoq. cothurno
Euripidem, Cytharæve fides agitare ſonoras
Pindarum, & eſſe rear potius, vel docta Maronem
Fundere dulciſono diuinum carmina cantu;
Hæc me vera docet ſophiæ ſi magnus amicus
Ille ſenex famius: quis enim hæc inſomnia dicat;
Cum tot iam videat rurſus rediiſſe poetas;
Et qui Mæonidi ſimiles, æquentq. Maronem?
Non credo hoc; vrſæ non lambunt pignora, & vno
Conficiunt, ternoue die, multiſq; lituris
Turpata oſtendit tornatum pagina carmen.
Quam verè is clamet variato carmina ſenſu,
Frange miſer calamos, vigilataq. prælia dele
Qui facis in parua ſublimia carmina cella;
Nam veniunt meliore nota, venaq. poetæ,
Qui verſus, ſtantes pede in vno mille citabunt.
Non valet in longa delabens clepſydra ſcena
Conceſſura locum chorago delapſa futuro;
Neſcit enim adducta opportunum fabula plaudere,
Tantum adeo creuit. Sed quid retinere citatum
Torrentem, celereſve moretur equos? ſua quæque
Poſcit res epiſodia, dein epiſodia carmen,

Vt finis leges haud præfinire poetis
His valeas, fundunt qui carmen, diuite vena;
Heus quæ vos ergo gignat ditissima tellus
Pallentes hederæ? sapitis si adstricta corymbis
Arctiùs hętentes admitti te brachia muro
Non conuellendæ, quando, cingendo coronis
Tot vates par nulla foret: properate iugales,
Atq. triumphales iam dudum ducite plaustris;
Laurus decíduos demittat delphica crines
Stipite nudato cirros cinctura comantes.
Sed dudum lusisse satis lepidos vos omnes,
Quoscumq. incessu video volitare poetæ,
Nunc celeri, nunc tardo, elata ad sydera fronte,
Atq. supercilio contracto, somnia rerum
Fingere vos, motu capitis, peruoluere mente:
Num genus ementiri hoc est? quid vos cacouates
Aut pallenti hedera, vel cedri stipite dignum,
Vel lauro? credo hoc vnum certè, aut nihil, arte
Quod mimi, faciem, gressum, gestumq; poetæ
Fingitis, at nullo commendat nomine musa.
Hos ego, nulla quibus sordescat publica vena,
Aut nihil expositum scribunt, triuialeq; vulgo
Componunt carmen venerorq; coloq;, nec illum
Cautus amo, vulgarem qui sermone monetam
Prodit, vel solum quid futile fundit ad aures;
Quiq; palimpsestum multis turpare lituris
Ducunt indignum, odi: Pierioque sub antro
Non illos cantare puto, vel Apolline dextro,
Qui hinc illinc aliquid carpunt, prauum pecus istos
Esse puto; cum se tamen illi magna sonare
Dicant, & placeant sibi: tanta philautia quænam
Obrepsisse animis potuit? qua nam arte poesim
Venalem produnt? Quæ vos tenet ambitiosos
Scribendi versus, quæ, dicite, tanta cupido?
Annè etiam meretrix Euterpe, Melpomeneque,
Musarum & chorus omnis? credo, prostituistis,

Et castum collem iuuit fecisse lupanar;
Sic faciles aditus, vt quisquis montis ad vmbram
Parnassi musarum aliquam sermone loquatur:
Cum prius & salebras, diruptaq; saxa viarum,
Et colles præfractos deberet superasse,
Stillæ nec nisi manarent, atq; vndique sudor,
Hisceret alternis auris & pectus anhelans,
Pierio nulli licitum recubare sub antro;
Siue caua liquidas libare paropside lymphas.
Censeo, si petitis donum syluestre Mineruæ,
Sponte pedo vt ducatis oues ad pascua, sumpto:
Postea si libeat superate Epimenida somno:
Quòd si fortè sopor vos somni deserat altus,
Tunc legite, & veniam do, vestra poemata lippi:
Tunc laudate modos linguæ, laudate colores,
Et quæ prorepit sensim descriptio syluæ;
Garrula vbi cantus iterat Philomela canoros,
Et riuus subsultat aquæ, laudetur amico
Aspectu frontis, magno vocisque boatu
Grandia dicta sonent & sesquipedalia verba,
Et bis, terue legatur pulchri pagina versus.
Non etenim nisi quis sit lippus talia amarit.
Adsta, dum legitur docto sententia dicto,
Annue, demissæ caperataque frontis imago
In dorsum, propria commendet laude poetam;
Hoc sed qui, digni sunt laude poemate morsus?
Quæ cecidit lepido sententia commoda versu?
Qui lepor, & salso medicatus acumine thyrsus?
Nullus, ais; fateor: tamen isthæc non & amamus,
Vt facitis vos, quos tantum lasciuia versus
Prurit, ridendi nostro meliore cachinno.
Audaces nimium, vani, insulsique poetæ.
Et quid nam sapiunt hæc vestra poemata, vates,
Oestro quæ faciles, & funditis vbere vena?
Syluas, rorifluos cæli Thaumantidos arcus,
Aut fugientis aquæ riuuos, colles & apricos,

Vm-

Vmbrosas valles, varios fontisq; reflexus,
Et gemmantes rosas, tacitis colludere guttis
Rores, & quidquid simile his lascivia verbi
Ementita parit. Quid si vectigal & istis
Princeps imponat Maro? vel venalia haberi
Carò contingat? posthac num parcior vsus
Frigeat, & tanta nudatum laude poema?
Ite alacres, viridi nunc scribite carmina cedro,
Purpureis depicta rosis, miniataq; calthis.
An non doctorum subito splendore fatiscent
Ceu radijs solis? Sed quid tam crebra notatur
Carmine vel prati, & syluæ florentis imago?
Aereo tractu tollentem verbere pennam
Quid Iouis enarratis auem? atq; imponitis omni
Carmine perpetuo quod veris vernat honore?
Attonitus repeto resonantia verba Timauum,
Et cum se metro tam pondere miscet Araxes.
Si sapis, absiste, Harpocratemq; imitere disertum.

Ex Poemate Italiæ liberatæ Io. Giorgij Trissini cultissimi poetæ. Lib. 2.

HÆc fatus densæ soluit velamina nubis,
Crimina quæ nostris primi patrata Parentis
Obduxere oculis; dextra circumspice parte,
Qua cęlo digressæ animæ, magno impete, currunt
Ad læuam, nostras repetunt & cursibus oras,
Hi sunt, qui vitæ veniunt mortalis ad auras,
E gemina bolum quisquis sed sumit ab vrna;
Quam manibus portæ iuuenes duo limine vtrinque
Firmè sustentant; dulci plena vna liquore

Est

Est degustanti, succo scatet altera amarò.
Ante nec excepit vitalem luminis auram
Vllus, quàm geminum libauerit ore liquorem:
Hunc viden? à dextra sumentem largiùs vrna
Affectum ingenti primum dulcedine bolum,
Inde hilaris totus, iucunda fronte, secundum
Appetit, & simili medicatum nectare ratus
Accedens cupidis maiorem dentibus aufert.
Sed gustu heu nimium succi turbatus amari,
Faucibus inuitus vix illum degulat imis.
Istum mandentem ex alio prius aspice vase;
Dein animo vt pauidus, tardis & passibus hærens
Vertitur ad dextrum; primi fastigia labri
Admouet, oppletum non grato felle quòd intus
Censeat, Ambrosiam seruat tamen vrnula dulcem.
Hinc mista humana hac vita sunt dulcia amaro;
Dulce minus tamen est illi sed semper amaris.

Finis exametrorum carminum.



ELEGIACA CARMINA.

IN NATALI DIE DOMINI.

Elegia prima.

ALma puerperij redeunt solemnia Diuæ,
Dum recolo, singulis candida turba faue:
Tu tellus renouere sinu, iã pande colores,
Lætus & omnigeno flore nitescat ager.
Virginis en sacra prodit puer editus aluo,
En sacri partus fausta dies rediȷt.
Nunc age, vocales impellere pollice chordas,
Nunc iuuet innumeris concinuisse modis,
Candida sydereis elabere turba maniplis,
Labere cælestes irradiata faces:
Et dulci cælo resonent noua carmina cantu,
Occinere angelicum tam benè docta melos.
Te puer, hic Deus, excelsi te gloria cæli,
Dulces inuitat flectere voce sonos.
Mortales summo celebrent noua gaudia plausu;
Omnibus hæc cedit candida, fausta dies.

Et tu, quę cælo delaberis, aurea proles,
Incipe sydereis irradiare genis:
Qualis cum roseo renitescit lucifer ortu;
Qualis cum fulget lucida stella polo.
Stellati video vacuata sedilia cæli,
Angelicos cælum deseruisse choros.
Quid ni? parue puer, superum tibi militat aula,
Atq. inhiat pupo, candida virgo, tuo.
Iam mihi designant dotales sydera sedes,
Quæ mihi restituit dona secundus Adam;
Rideo tartareum, hoc puero nescente, venenum
Rideo securus tænariasq. minas.
Nascere, sed tandem summi sapientia Patris;
Omnibus hæc cedat fausta, serena dies.
Concipite interea mortalia pectora plausum,
Et iuuet hoc pupo concinuisse meles:
Natus adest, seruator adest, puer ore serenat;
Atq. homines natus numine, luce beat.

Puerulo Iesu Nænia.
Elegia secunda.

PVpule Diue meus, caram complectere Matrem,
Inq. meos propera, pupule Diue, sinus,
Bellule pupe meus, caras cape, lassule, mammas,
Blandule pupe meus, bellule pupe meus.
Stringe, puer, mammas, sed suge animiq; medullas,
Sugere ni satis est vbera, pupe meus.
Blandule pupe meus, caræ suge vbera Matris;
Tecum, dum lallas, pupule, lallat amor.
Imprime basiolis redolentia balsama mammis,
Labris exugas vbera, pupe meus.
Belle puer, mellite puer, nę Nęnia non ne
Grata tibi Nate est Nænia næniola?
Non sugis, mi scite puer, mea nectara lactans?
Stringe, puer, mammas, nectara suge, puer.

Post

Post mihi basiolum da mixtûm nectare pupe,
Da, capiam mistum suauiolum ambrosia.
Ingemina sed pupe meus, mihi basia centum,
Ingemino centum basia, pupe, tibi.
En se anima ipsa, in labra infundit, meq; relicta
Ad te dilectum, pupule, transilijt.
Belle puer, mellite puer, nę Nęnia nonne
Grata tibi, Nate est nęnia næniola?
Redde animã ereptam mihi, blãdule pupule, redde,
Incipe suauiolum dulcius ingeminans;
Vt mea dum grato perfundis labra liquore,
Pupule belle meus, transeat ad me ãnima.
Subdole, quid rides, placido blandiris & ore?
Subdole lude puer, bellule, lude, puer.
Et mea, dum rides, lætantia pectora rident,
Bellule pupe meus, blandule pupe meus;
Scite puer, mellite puer, nę Nęnia nonne
Grata tibi Nate est nænia næniola?
Alme puer, quàm bellus Io, quàm blandus ocellis,
Quam vagus & roseis es, puer alme, genis;
Blandule, purpureis fulgent tua labra corallis,
Quàm vagus es blando, molliculoq. sinu.
Lumina conde, puer; vibrant tua lumina flammas:
Lumen pande, puer; lumine blande rapis.
Mi roseis rideq. genis, puer alme, rubesce,
Sint hilaresq; oculi, sint hilaresq. genæ.
Scite puer, mellite puer nę Nęnia nonne
Grata tibi nate est nęnia nęniola?
Care puer risu dulcem iacularis amorem,
Mi ride, vt carus spicula figat amor.
Num iam sydereis somno blandiris ocellis?
Lumina num somno semisopita natant?
Somne veni, dulcem præbe somne alme soporem,
Blanda soporifero lumina rore fluant.
Scite puer, mellite puer nę Nęnia nonne
Grata tibi, nate, est nęnia næniola?

Incipe iam clausis abscondere lampadas hisquis,
Erret & in roseo lumine blanda quies:
Ecce natant niueis rotantia lumina guttis,
Tu pater en pupo care soporis ades.
Te puer inuitat, properes iam, blandule somne.
Dormiat at quamuis, num tamen ille vigil?
Deliciose puer Matrem tu siccine ludis?
Dormites dulci, blandule pupe, sono.
Iam dormi, & longos nox occupet aurea somnos,
Alma quies dulci detineatq. mora.

Alia Nænia eidem.

Elegia tertia.

Concipe, belle puer, cunis iam concipe somnum,
Lumina languidulo blanda sopore natent.
Comprime, belle puer, puer auree, cōprime ocellos,
Nænia dum canitur Nęnia nęniola.
Ne vagi, ah lacrymas ne fundant lumina; fient
Turgiduliq; oculi, turgidulæq. genæ.
En tibi cara parens cantillat carmina, iam tu
Dulcia, iam cantu somnia carpe, puer.
Prouocat ad dulces somnos num carmen ocellos?
Carpe, puer, somnos, lumina conde, puer.
Incipis, & blandos leni das ore susurros,
Dormi, belle puer, blando, quiesce, puer.
Incipe, belle puer placido indulgere sopori:
Cantillo interea carmine næniolam.
Incipe, parue puer, placido iam stertere somno,
Ipsa tibi interea carmina bella canam;
Incipe, luminibus clausis, te te obrue somno,
Dulcius vt fiat, Næniolam ipsa canam.
Næniolam tibi blande canam, nę Nęnia nę nę,
Prouocat ad somnum nęnia nęniola.
Sollicitant auras mordentia frigora Cauri,
Et vestit gelidum cana pruina solum,

Arbo-

Arboribus cessere comæ, decor omnis abiuit,
Et viduos crines flos habet aridulos;
Conclusum est Aquilone fatum, diuerberat aura
Auster, cuncta gelu frigida cogit hyems.
Securus tu membra foue, mi paruule pupe,
Lumina languidulis blandula conde genis.
Næniolam tibi blanda canam; nę Nænia nę nę
Prouocat ad somnum nęnia nęniola.
Perfurit hybernus diro nunc flamine ventus,
Duraq. sub rigida nocte rigescit hyems;
Nox tamen ipsa silet, suadentq. silentia somnum,
Hyberna vt placeat, non violenta quies.
Ipse toro recubas, niuea & te fascia stringit,
Et cauta expello frigora sæua tibi.
Bellule parue puer, gemmantia lumina conde,
Lumina languidulis blandula conde genis
Næniolam tibi, pupe, cano; nę Nænia nę næ,
Prouocat ad somnum Nænia Næniola.
Tu ne Deus meus, atq. anima es, mea vita, meū cor?
Tu ne Decusq. meum, sydus es & ne meum?
Num mihi tu cor surripuisti animæq. medullas?
Tota ne & ipsa tui, totus & ipse mei?
Vnà animusq. meus viget in te, tuus tuus in me,
Ni tuus extiterit, nec meus esse potest.
Viuo tibi caræ suauissima corcula matris,
Viuo tibi, & sine te nil mea vita potest.
Næniolam tibi blanda canam; nę Nænia næ næ,
Prouocat ad somnum Nænia Næniola.
Alme puer, radiantia si in me lumina vertis,
Cor figis; prabes oscula, figis item.
Ore premis grauidas refluentes nectare mammas,
Cor sugis; donas basia, fugis item.
Dum roseis errare genis ego lilia cerno,
Surripis, alme puer, me mihi, & immorior.
Dum placidum niueo vultu componis amorem,
Mi mea sollicitus pectora torquet amor.

Quàm mage mi formosus eris, iaculabere flammas
Fortiùs; hinc, vt amem fortiùs, vre magis.
Næniolam tibi blanda cano; nę Nænia nę næ
Prouocat ad somnum Nænia Næniola.
Paruule, qui paruis retines hic membrula cunis,
Aetherea magnus numine sede manes.
Te paruis stringit, puer auree, fascia cunis,
Maximus æthereas cum moderere plagas.
Paruulus in cunis, puer auree, summus olympo,
Paruulus? ah reuoco, summus vbiq. puer.
Næniolam tibi blanda cano; nę Nęnia nę næ;
Prouocat ad somnum Nęnia Nęniola.
Cui canto graciles modulos ego tinnula Mater,
Occinit angelicus dulciùs ore chorus.
Hic stas obscura, puer auree, noctis in vmbra,
Aetheream lucem lumina cuius alunt.
Sed tamen hac nostra quassas quæ lumina nocte,
Certum diuini numinis omen habent.
Næniolam tibi blanda cano; nę Nęnia nę næ,
Prouocat ad somnum Nęnia Nęniola.
Rubra capillicij crispati crine renident
Tempora, sydereas luce imitata faces.
Mirus & è niuea stellatæ margine frontis
Maior apollinea lampade surgit honos.
Hinc læua, hinc dextra duplex Thaumantidos arcus
Circinat aurato discolor orbe oculos.
Tum geminæ lucēt geminis bene lampades hirquis,
Quas pupilla tegit paruula clausa oculis.
Nęniolam tibi blanda cano; nę Nęnia nę næ.
Prouocat ad somnum Nęnia Nęniola.
Vt decor in teneris decertat lilia malis,
Pingere & idalias fusus in ora rosas,
Labia puniceo rident miniata colore,
His patet ad morsus ista papilla tuos.
Risus & angelicus roseo componitur ore,
Indum, qui latitat dens ibi, vincit ebur.

Os aperis; gelasinus adest interpres amoris,
Os claudis index risus amoris adest.
Si gemis, in gemitu miscetur amaror amore,
Si vagis, gratos concinis inde modos.
Nęniolam tibi blanda cano; nę Nęnia nę næ
Prouocat ad somnum Nęnia Nęniola;
Bellule belle puer, risit tibi gratia cęli,
Et Pater, & Genitrix, & tibi ridet Amor
Ridet Amor; facilisq. tibi sua munera donat;
At parat ipse necem, non tibi ridet amor.
Quid niuea cerno digitos assurgere palma?
Parua manus, sed quas prodiga pandis opes?
Ista manus vario distinxit sydere cęlum;
Hæc dedit auratas & tibi, Phębe, comas:
Ista manus vacuo disterminat aere terram;
Hæc manus æquoreas numine frænat aquas.
Imperiosa manus concessit semina terræ,
Et dedit assiduo flore virere solum
Næniolam tibi belle cano; nę Nænia nę næ,
Prouocat ad somnum Nænia Næniola.
Vt lenis placidas ore afflat anhelitus auras,
Sparsa soporifero lumina rore madent?
Desine Nęniola: obrepsit vis arctior auream
Iam somni puerum, desine Nęniola.
Altos carpe puer somnos, dum murmura ponunt
Omnia; nox abeat tota quiete, puer.
Qua non dormites, non sit tibi gratior hora;
Ni longa est, nulla & sit tibi visa quies.
Desine Nęniola, elanguent si lumina somno,
Profuimus multum, desine Nęniola.

In Natali Domini.

Elegia quarta.

MVsa faue, sed Diua, faue mihi numine cęli;
Natalis Christi iam mihi festus adest.

Ah

Ah iuuat ætherea pro me discedere sede,
Ah iuuat in sacrum Virginis isse sinum.
En placido cælo spirat felicior aura,
Et roseo nimbo Gratia cincta volat.
Nascenti pueroque arridet germine tellus,
Aemula sydereas flore imitatur opes.
Aurea nam tristi redierunt sæcula mundo,
Lætior & faciem iam iuuenescit humus.
Sic non culta virent herbis gemmantibus arua,
Et sudant quercus mellea dona cauis.
An non fingo mihi iunioris tempora sæcli?
Annè renascentis tempora & orbis erunt?
Aurea tranquillæ gestans insignia pacis
Summus ab ætherea labitur arce Deus;
Hinc video vernare rosas, vernare comanti
Candice purpureis lilia mista rosis.
Promit odoratas reuirendo plurima frondes
Pinus, & annoso crine cupressus hiat.
Vt cum ver primum terræ promittit honores,
Cum viridi surgunt florida serta solo. (brat,
Geminat hinc viola, hinc violas amaranthus adum-
Premicat hinc viridi lutea caltha comas:
Hinc vario cultu surgunt munuscula florum,
Vernantem & comit florida terra sinum.
Sponte sua diues distillat germine nardus,
Arboribus sudant balsama odora nouis.
Sic speciem primi referunt noua munera cultus,
Hortus quo viruit deliciosus Adæ.
Non mirum hæc iterum reuirescere florea serta,
Et præbere nouam gaudia tanta diem;
Virginis, è cælo lapsus Deus editur aluo,
(Ah potuit sedes deseruisse poli?)
An tenero format vagitus paruulus ore,
Quos diuina Venus, quos bene format Amor?
Irrigat ah lacrymans rorantia lumina fletu,
Hunc tamen à tenero lumine tergit Amor.

Felix Virgo celso deducere olympo
  Quæ potis, æthereo numine, plena Deum.
Incipe tu risu caram cognoscere matrem,
  De genitrice puer, de Genitore Deus.
Interea sacris vrantur plurima templis,
  Atq. coronatis thurea dona focis.
Dum noua fax Reges primo deducet eoo,
  Pastorum & caulis candida turba venit.

In die festo Assumptionis B.M.V.

Elegia quinta.

QVæ terris euecta Parens vaga sydera scandis,
  Quæ Dominæ es cæli candida turba comes,
Pandite Victricis vexilla per auia cæli,
  Atq. triumphales sollicitate vias.
Ecce serenatus pedibus substernitur aer;
  Aurea quadrigæ reddere signa cupit.
Eia age celestes victrix conscende quadrigas,
  Te super Angelicos insere Diua choros.
Ecce ardet cælum lætos spectare triumphos,
  Atque tuas cupiunt astra videre faces.
Iam pete Diua polum, celebres sponsalia, Virgo,
  Pulchra Dei facta es filia, sponsa, Parens.
Iam tibi promeritas posuerunt sydera sedes,
  Iam polus ad nutus paret vterq. tuos.
Diuinus volitat geminis amor aureus alis,
  Concipe diuinas pectore, Diua faces.
Flammeolis tedis iam totus fulgurat æther,
  Præparat & sponsæ sacra hymenea suæ.
Aethera per liquidum cogunt noua flamina nubem,
  Ad cælum quæ te, candida Virgo, feret.
Insolitam fundunt venienti sydera lucem,
  Insolitaq. homines luce beare parant.

Regia olympiacos reserat tibi ianua postes,
Aptat in amplexus se Deus ecce tuos.
Iam Domina æthereos superas Regina dynastas,
Inter es æthereas pulchrior vna Deas.
Præcingunt bis sena tuos vaga sydera crines,
Isto nobiliùs quis diadema feret?
Diuina elucet niueo quàm Gratia vultu?
Virgineo lucet pectore quale decus?
Sol eris in sole,& nitidis lucentior astris,
Es Dea supremo conspicienda polo.
Sub pedibus prostrata iacet tibi Cynthia luce,
Virgineosq. cupit lambere serua pedes.
Eia age cælestes victrix conscende quadrigas,
Virgo sydereis excipienda choris.
Dum loquor en niueum nitidis caput inseris astris,
Comprimis & celeri nubila densa pede.
I, dea, dilecti dextram pete candida Nati,
Te super angelicos insere, Diua, choros.
I,dea,spōsa Dei,meritum cape, Virgo,triumphum.
Inter es æthereas pulchrior vna Deas.

In obitu. Amici somnium.

Elegia sexta.

NOx erat, & medio rutilabant sydera cælo,
Cynthia iam nitidos clara regebat equos:
Languida iam grato torpebant pectora somno,
Et fessus dederat corpora quisq. toro.
Nec me somnus adhuc blanda consperserat vnda,
Errabat sed mens irrequieta vagè,
Atque intus tacitas agitabat cura querelas,
Ah cura,ah lacrymis largiùs ora rigans.
Tandem cum summo roseis aurora quadrigis,
Eduxit celi cand ida ab axe diem,

Grate

Grata quies somno fessos occlusit ocellos;
Concipiunt sensus sed noua spectra mei;
Nam iuuenis sacrà redimitus tempora lauro
Visus odoratos figere in æde pedes.
Formosus iuuenis, quo non præstantior alter;
Non erat humani pectoris illud opus.
Olli sincerus ludebat vertice fulgor;
Illita oronte ò lucida odore coma:
Colla flagellabant intonsi candida crines,
Vernabantq; genis lilia mista rosis.
Vincebantq; celi radiantia lumina flammas,
Fronte serenata sydera visa mihi.
Splendebant tereti bacchata monilia collo,
Quæ circum repens aurea vitis erat.
In gyrum corpus fulgor sed maximus ambit,
Et decor, & decorans ora serena rubor:
Qualis purpureos orbi cum disijcit ignes
Cynthius, & rutila pingitur aura face.
Ima videbatur talos circumdare palla
Aurea purpureas eiaculata faces;
Diuidulæ partes fuluo tornatilis auro
Mordebat geminas fibula sola togæ.
Talia tum roseo fudit mihi proximus ore;
O nostri salue maxima cura N N:
Ille ego, quem mesto suspiras pectore cassum
Luminibus; tristis iam vacet iste dolor;
Me iuuat æthereis errare licentius auris,
Meq. angelicis inseruisse choris:
Candida iam nostro concessit adorea bello;
En micat in niueo nobile stemma sinu.
Aspice quàm rutilans præcingat tempora laurus,
Desine iam lacrymis ora rigare tuis.
Dixit & in tenues euasit protinus auras:
Et leuis à Icto pectore somnus abit.

Mors

Mons Parnassus.

Elegia septima.

EST locus, aereis qui montibus eminet altè,
Et late in medio concaua vallis hiat:
Huius iter varium, dirupta per auia præceps;
Solum constanti fit via plana loci:
Et titubat primo mens ilicet anxia gressu;
Ardor agit; retrahit turbida cura gradum.
Ardua sed postquam superata cacumina passu
Hæc dederis; spectans tutus amœna sede.
Hic ingens saxum exesæ de vertice rupis,
Natura artifici, mira theatra facit.
Planicies tum grata iacet; post antra profunda;
Clarè fatidicus Delius vnde sonat.
Ambigeres rapiat ne loco natura decorem,
An donet largo munere diuitias.
Nam spectare iuuat per gramina currere fontem,
Mæandris vitreas ludere fontis aquas:
Perpetuo vernant halantes tempore flores;
Gemmat perpetuo florida terra sinu:
Non ibi flauentes incendit sirius agros,
Lenior at Zephiri temperat aura dies.
Non ibi crudescunt Cauri mordentia flabra;
Mitis sed verno sole tepescit hyems.
Vda nec effundunt prægrandia vellera nubes,
Ros leuis at placido turbine spargit humum.
Purior & circum longo Parnassia tractu
Ambit fons labens ex Helicone iuga.
Sed prope lauriferum cingens recto ordine ripas
Stat nemus, & viridi murmurat vnda solo.
Plurima sic cernes grati irritamina veris,
Iucundas Floræ surgere delicias.
Florenti hinc diues reuirescit caudice nardus;
Attollit vernas myrrha & odora comas.

Quid

Quid referam sertis guttantia balsama ramis?
Syriaco haud cedit prodiga terra solo.
Hic & inlæis demulcet cantibus auras
Phęnix pegaseum flectere docta melos;
Sacra tibi Phęnix instantis conscia fati,
Quæ sola arcani est conscia, Phebe, tui.
Dulcius hic męstos cantus inflectit aedon
Qua recinente vagis ictibus aura sonat.
Mille cohors volucrum modulis attemperat æthra
Et secum cantus dulcia bella cient.
Rupe procul, riguus quà fons delabitur alueo,
Et bifidi assurgit tramite montis iter;
Ad Phębi sacras aditus fit vatibus ædes;
Sed nisi apollineis vatibus antra patent.
Ante adyta at sacris tollit se delphica ramis
Laurus humo, & virides explicat alta comas.
Molle solum crinitur ibi pallentibus herbis,
Et sternit placidum flore virente torum:
Dumq. leues tenui frondes motantur ab aura,
Instrepit & saliens candida lympha tubis;
Fōte sitim recreant; æstum vmbra, murmure & vnde
Concipiunt somnum corpora fessa grauem:
Dum iuga, dum salebras, diruptaq. saxa, viasque
Iuuit constanti transilijsse animo.
Ebibit hic vatum diuinos turba furores,
Concipit & doctos enthea facta modos.
Istos Męonides, Musis præbentibus, hausit,
Fęcundos latices, Pindarus, Euripides;
Hos Maro libauit: tenerorum cantor amorum
Hæsisti his labris, docte Catulle, tuis:
Qui lituo sonuit; tragico fleuitq; cothurno;
Aut risit socco; vel Venerem cecinit;
Aut sæuo rigidum distrinxit carmine thyrsum;
Aut tenui in syluis concinuit calamo.
Namq; vbi concessit languentia membra sopori,
Atque animo vidit somnia multa suo

Fontis

Fontis fœcundos haustus tunc Musa propinans
In varijs pateris prompta ministrat aquas:
Post Phœbi ex adytis spirat violentior aura,
Quæ magno vatum corda calore quatit:
Hinc vario ad varios cantus agitantur ab oestro;
Atq. vt quisq; bibit carmina docta canit.
Et tamen æternant laudatam insomnia famam,
Atq. ætas vatum carmina sera canit.
O vtinam liceat iucundo hoc vertice sisti,
Largiùs & lymphis labra rigare sacris.
Qui me sublimem tollat super æthera cantu;
Mons Parnassus erit sudor,& ingenium.

Irene Cardinalis Petri Aldobrandini. Elegia octaua.

CAndida mœrenti confecerat ora colore
Discordi tristis Pax superata Dea:
Tempora non splendent flauo gemmantia crini,
Pandit at incomptas irreligata comas:
Non puerum niueis & Plutum sustinet vlnis;
Non vernant tereti spicea serta manu.
Ibat pullatis errando vestibus orbe,
Effugiens socias per fera tesqua Deas:
Tundebat gemitu candentia pectora anhelo
Effundens tales turbida ab ore sonos.
Ergo ne funestis poterit Discordia tedis
Gliscere, & insano Marte agitare Duces?
Num furijs bacchata feris miscebit & orbem?
Quassabit nigras sæua per æthra faces?
Et cedit Nemesis? regnat Discordia terris,
Et patitur? dedet victa ne forte manus?
Ipsa ne per scythicos errabo pallida campos?
Lurida ego obscuros cogar adire specus?
Heu: fero tandem squallens nox ingruat orbi,
Interea armatus lampade Terror eat:

Incipiant

Incipiant conferre manus; Discordia regnet;
  Ferales quatiat dira Megera faces.
Nil moror infandi commota incendia belli;
  Me iuuat hyrcanæ quærere tesqua feræ.
Hæc largo suffusa genas effuderat imbre,
  Dum querulis mœrens vocibus astra ferit.
Ecce serenato pelluntur nubila olympo,
  Iucundùm resonans intonuitq; polus.
Protinus & niueo Nemesis circumdata nimbo
  Accurrit mœstæ sydere lapsa Deæ:
Talibus arridens dictis compellat amantem,
  Et mulcet dulci tristia corda sono.
Virgo, decus cæli, niueæ quid nubila fronti
  Inducis? largo lumina & imbre madent?
Pax alijs læta insano mœrore tabescis?
  Tu tibi sollicitas anxia corda sinu?
Pone tuis finem lacrymis; frontemq; serena;
  Et iuuet hæc flentem verba dedisse notis
Si phlegethontæas vrget Bellona sorores,
  Educit stygio si fera monstra specu;
Quid iuuat errantem tanto indulgere dolori,
  Aegraq. anhelanti perdere corda metu?
Mitte queri: vigili sub Præside ponet Enyo
  Prælia sæua, licet tartarus vsque fremat:
Sydera dum sacra radiabunt sena tiara,
  Dum pandent orbi Lactea signa faces;
Ridebit placido mitis Clementia vultu,
  Sumere dediscet miles & arma manu.
Præsule CLEMENTI saturnia sæcula cernes;
  Alecto quamuis concitet a tra animos.
Lilia mitescent proprio florentia campo;
  Ostendet placidas & Leo sponte iubas:
Depositis telis cælo Iouis ales aperto
  Excurret rostro mitis, & vngue pius.
Dixit: & innectens candentia brachia collo
  Libauit Nemesis basia blanda Deæ

Illa hilaris niueos vultus, frontemq. serenat,
Luminibus proprium restituitq. decus:
Atq. animos collegit ouans, mœrentia mulcet
Pectora, & expellit corde serena metum.
Vnde oculos tollens, rutilantia sydera cernit,
Sydera quæ pandunt lumine amica polum.
Felix illa omen noscit; gressuq. citato
Aldobrandinos appetit alma sinus.



LYRICA CARMINA.

Ad Deiparam Virginem. Ode Anacreontica.

STROPHE.



NIue, Virgo tam nitescis,
Face, Diua tam serenas,
Niueo sinu lilia,
Nitida fronte radios
Concipiens nitentes :
Nil vt mihi tam nitescat;
Nil vt mihi tam serenet,
Omnibus nitentius sit
Syderibus, candidius
Lacte licet sit omni.
Tua, Virgo, nix nitescat.
Tua, Diua, fax serenet.
Radijs par hæc Cynthij
Hæc Libani par niuibus :
Fronte, sinu, decora es.

ANTISTROPHE.

Mihi nulla iam nitescat;
Mihi nulla iam serenet,
Niue, Virgo, nix præ tua
Tua præq; fax nunc face ;
Nix mihi, faxq. sola es.
Age, Virgo, mi nitesce,
Age Diua mi serena,

 Nitida

Nitida niue & pulchrior,
Clarior & syderibus
Omnia sola vincis.

In Natali Virginis. Nænia Ode Anacreontia.

AGe, Musa iam puellæ
Cane dormienti cælicæ
Mariæ vagam Næniam
Et modulis cælituum
Sidereoq. plectro.
Charis ecce iam beatas
Viden? ipsa ponè cunas
Modulata cælestibus
Tinnula, cantat modulis
Næniolam puellæ.
Amor entheus en flabello
Abigit leui volucres,
Niueis genis volantes,
Atq. leues artifici
Verbere difflat auras.
Age dormit en Puella,
Cubat ore iam tenello,
Age canticum dulcissimum
Næniolam Musa, cane
Tinnula voce longam.
Vaga dormias Puella,
Mea sterte iam Puella
Lepidam cano næniam
Somniculum Pupa oculis
Sume tuis profundum.

In eiusdem Natali die. Ode.

PVella nata amabilis ne Virgines
Venite, lilijs sinum & vagis rosis

Citæ polire candidum : Polum beat
Nitente pectoris decore paruuli ;
Senilis edat aluus arida sene
Licet : beatior tamen Puellula
Nurus adæquat vna, siue cælites
Nitore, siue flentis accolas soli.
Beata sydus aureum implicat comis :
Deum face & potente num incipit polo
Amoris artifex, Puella candidi
Ferire? Tota cælitum, viden? phalanx
Ruit ; viden ? fores patere; cardines
Reuoluier, teriq. tramitem ætheris ;
Amat Deus ; Puella dede protinus
Amata candidum & vagum Deo sinum,
Citæ venite Virgines, citæ rosas,
Decenter huc odora ferte lilia .

In eiusdem Natali die.

Ode.

PHæbeo radio nitens
Luce hæc lux nitidissima
Festiuum retulit diem,
Pulchri luminis ortu :
Non sic crediderim nouum
Prima Cynthium origine
Fulsisse, aut similes faces
Visas pubero in Orbe.
Quamquam viuidulis recens
Vestiret tenerum comis
Dorsum sylua, virentibus
Herbis prata niterent ;
Ridet clara nitentibus
Affulgens radijs dies,
Primæ lucis & æmula
Aurea luce superbit.

Quo quo lumine clarior
Quo quo sydere grandior?
Natalis Mariæ est dies;
Cur non fulgeat aurea?
Tam pacata, vel aurea,
Tam iucunda, vel inclyta
Tam tranquilla, serenior
Numquam fulserit orbi.

Ad nascentem Virginem.

Ode.

VIrgo cælestis noua Diua Pubis:
Virgo, diuini noua sponsa Regis:
Virgo, stellantis noua stella cæli,
Nascere terris.
Virgo tu mundi paries satorem;
Virgo te sponsus decorat supremus:
Astra te cæli rutilant serena,
Nascere Virgo.
Terra fęcundis inarata campis
Sponte florescit reuirente arista,
Cultu ceu primo renouata sæclo:
Nascere Virgo.
Mella frondosa peramæna quercu
Sponte desudant, riguiq. riui
Lacte decurrunt; renouatur orbis:
Nascere Virgo.
Fronte diuina iaculata flammas
Incipe excelso renitere vultu:
Incipe & risu, niueo & decore
Noscere Matrem.

In eiusdem Natali die.

DEcora pubes syderum,
Ornata crines aureos,

Alas reuincta candidas
Sumas sonantem barbiton;
Festiua plectra & percutes:
Regina cæli nascitur.
Inter choros cælestium
Lætè canoram fistulam
Dulci iuuet nunc cantico
Inflare doctis labijs:
Iam sponsa Regis nascitur,
Cælo tonantis filia,
Iessæ nitens virguncula
Solimæq. sydereæ decus.
Libanique cedrus florida;
Regina nascitur soli
Citæ decoræ Virgines
Afferte cana lilia,
Rosas virentes spargite
Venite cæli Gratiæ;
Vagire cæpit pupula;
Ornate cunas floribus.

In Assumptione B. M. V.

O Diuini Heliconis alma Musa,
Permessi ætherei canora siren;
Huc læta, huc roseo reuincta socco,
Huc gressu cita, candidum pedemque
Infer, Virgineum canes triumphum,
Illi plectro modulata canticum, num
Cælestem recines sacræ puellæ,
Sponsæ, Virginis aureæ triumphum,
Huc sertis redimita, amena, læta.
Sed sternas violis plagas polorum,
Myrrha, purpureis rosis, amomo,
Vt passu vaga quelibet lepores
Spiret, syderea via polorum
Sponsa: Huc, huc glomerate mi camenæ

Gressus, pangite mi melos canorum
Sponsæ Virgineum decus, pudorem,
Sponsæ delicias, vagos amores,
Sponsæ diuitias, sacros lepores;
Mi lętè resonent canora plectra.
Virgo en candida sponsa, quæ Dearum
Vincit munere pectoris niualis
Illibata decus, polo triumphat.
Sponso delicias facit puella,
Sponsi iam fruitur potita amore.
Huc ergo, huc roseo reuincta socco
Permessi ætherei canora siren
O diuini Heliconis; alma Musa.

Ad Angelos in eodem die Assumptionis.

DEcora pubes cælitum,
Palmis reuincta myrteis;
Crinem decora candidum;
Veni precor, tecum & simul
Aulam polorum feruidam
Deduc triumphos ad Deæ
Quam mille lambunt flammulæ,
Quam mille cingunt gratiæ,
Quam mille formant & sales,
Venus venustat cælica;
Sponsum petit nam languida,
Stellata crinem candidum:
Abire sponsam languidam,
Amore dudum feruidam,
Permitte pubes cælitum;
Nequit moras hæc nectere
Namq; impotente flammula,
Languet puella saucia
Abire sponsam languidam

Permitte pubes virginum,
Decora pubes cælitum
Deduc triumphos ad Dei.

Ex Canticis. Adiuro vos, filiæ Ierusalem ne suscitetis: Iambicum.

PVella dormit, ore candido, & natant
Sopore, Virgines; adhuc suauiter
Ocelli, adhuc sopore turgidæ genæ,
Madent: polum puella dormiens beat.
Lepore sudat aureo ne pupilla?
Ne stertit incitans puella somnulum?
Vt inclytum canit puella dormiens
Melos? sed oris incitum susurrulum
Ciet suauis aura, voxq; tinnula
Leporem: Vt oris aptat alma gratiam,
Iocatur, & serena risu amabili
Soporat ora rore sparsa roscido.
Rogo ergo, Virgines, puella dormiat
Diu, vel ipsa Virgo somnulum vt velit.

Ad Innocentes pueros Martyres.

FElices animæ, lactantia tingite rore
Pectora purpureo.
Implete & blandè querulis vagitibus auras,
Ore gemente polum,
O vos felices, tenui quam fęnore magna
Munera concipitis.
Ibit id in duplum; & fusa quæ sanguine rorans
Saucia vulneribus,
Protinus ætherea radiabunt pectora luce,
Stemmatibusq. comæ;
Vt matutinus grato cum pullulat imbre
Et reuirescit humi

Laxat,

Laxat, odoriferos viridi flos germine rores,
Sole calente comas;
Sic vos purpureo pueri maduistis ab imbre,
Candidulæ rosulæ,
O quam vernantes niueo nunc pectore, flores
Sole nitente datis?

In die Natalis Domini.

Astra dum cælo renitent sereno,
Dumq. nox currit volitat silenti,
Et colorato variat nitore
Aera Vesper;
Diua cælorum paritura solem,
Gaudium terris paritura Virgo,
Exere intacti pudibunda terris
Pignora ventris.
Tu Puer claros radios deinde
Incipe excelso reserare vultu,
Incipe & risu niueam puellam
Noscere Matrem.
Ah quid exponens gelidis in antris
Membra vagitus teneros ad auras
Fundis? annè isto reparas olympi
Gaudia fletu?
Ecce pelluntur mala monstra terris,
Tenarus quamquam fremuit minaci
Fauce, stridenti minitetur antro
Quidquid Erinnys.
Ecce pacatis noua sæcla terris
Aurea æternæ noua signa Pacis
Nate supremo veniens olympo
Numine præbes.
O poli excelsum decus, ò Parentis
Gloria, optatam reparans salutem;
O nouo rursus retinenda cantu
Aurea sæcla.

Clara

Clara nox, sacras operata flammas,
Coge stellato glomerare cælo,
Ergo lucentes geminare Phœbem
Lampades ignes.

De Præsepio Domini.

Ode Anacreontia.

SI sunt stramina agrestia
Cur pius hæc suadet Amor?
Si pius hæc iubet Amor
Cur duriora strata?
An imperat Amori
Quæ Pietas suauior,
Rutilantibus exprimit
En imbres ex ocellis?
Quòd in tuos ocellos
In ora, pectus, corda
Se insinuans triumphet?
Scintillantia lumina
Cur lætus humectat Amor?
Si lætus humectat Amor
Et cur tristia corda?
An imperat Amori
Quæ lætior Pietas,
Scintillantibus elicit
Has lachrimas oculis?
Quod in tuos oculos,
In corda, pectus, ora
Se se influens triumphet?

D. Magdalenæ Epicedium in defunctum Iesum.

OSculor roseum, dolor?
Sanguine en madidum caput.

Osculor rigido tibi
Fixa tempora sente?
Osculor niueas genas!
Ater ah color inficit;
Mista nam sanies cuti
Turpat imp ia vultum.

In Decore volo decus
Quæro ne in facie mei
Pallida faciem Dei?
Fędat omnia sanguis.

O Decus superum, ò iubar,
Magna progenies Patris,
Infimi genitor globi,
Orbiumq. nitentium.

Hæc dolentis & oscula
Sume amans famulæ tuæ,
Libat incita funeris
Namq. vulnere diri.

Hos dolor gemitus ciet,
Has dolor querimonias,
Has dolor lacrymas, quibus
Męsta soluor amarè.

Nænia D. Io. Apostoli ad sepulchrum Virginis.

SVrge sydere pulchrior;
Nitentiaque lumina
Ne conde tam diu mihi;
Ne nocte fleam,
Ne luce fleam.

Languentes oculi viden
Cient flumina lacrymis?
Soluor riguis flectibus.
O miser, miser
O dolor, dolor.

Me ne funere languidum
Diua relinques tuo,
Omnium Virgo amabilis,
Diuarum Charis,
Diuorum Lepos?

Sordent terrea mi sine
Te Virgo; valent gaudia;
Mœror tristis & aduolat;
Mi surda omnia,
Mi muta omnia.

Incidam niueo dolens
Carmen querulum marmori;
Amissam lacrymis amans,
Luget amantem,
Quærit amantem.

Surge sydere pulchrior,
Ocellos referes vagos,
Humore litos cælico,
Vt nocte gaudeam,
Vt luce gaudeam.

Dormis siccine, siccine
Dormis? languidulo & sinis
CARVM lumine commori,
Diuorum Charis
Diuarum Lepor?

Annè Iesus amabili
Nostra moriens pius
Pectora iunxit vinculo?
Me sine fugit
Et Diua polo?

Non sic occidua face
Condit diem crepusculum,
Vt tu candida lumina,
Diuarum amor
Diuorum honor.

Tyberinis pomarijs
Hæ purpurascunt vernulæ;
Tyberinis viridarijs
Illæ nitent, illæ virent.

Cur non tenello pollice
De more ludibundulus
Vngue legis mihi rosas
Viuidulas, viridulas?

Ne mi lege, ne mi violas,
Purpureas sed mi rosas
Vngue carpe mi paruulo
Purpureas, viridulas.

Viragini Vendrameniæ
Cui mille ludunt Charites,
Candidulæ, venustulæ
Has illi, illi lepusculæ,

Lectas honos dona rosas;
Huic vagulas cinge comas,
Orna rosis huic similium
Candidulum, viridulum.

En vt aperit candidulum,
Odoriferum illa sinum,
Mille, comas & sertulis
Candidulas viridulas.

Mille inter vna gratior
Mille inter vna carior
Inter Adriæ Virgines
Lepidior, festiuior.

Alas quate, quate huc Honos
Tyberinis è saltibus,
Viraginem Vendrameniam
Cinge rosis, orna rosis.

De assertionibus Philosophicis.

Quas Io. Baptista Robertus defendendas proposuit Auspicijs Ferdinandi Gonzagæ Mantuæ, & Montisferrati Ducis &c.

AN quà Castalijs perennat vndis
Virtus, quà nitidi liquoris haustus
Musæ perpetuos sacræ propinant
Audax instituis Roberte pugnam?
Hermathena sacrat vigil ve campum
Isto quo, inclyte, conseris lacertos?
Gonzagam video nitente parma
Fulgentem; videoq. rotante lympha
Hìc, hìc Mincium; amœna vorticosis
Audin dulcisonos ciere Olores
Riuis carmina? cernis vt salubri
Assultet Pegasus pede? vt canorum
Agmen conueniat; camœna & omnis?
Gonzagæ ò bene Cæsaris vocesse
Numen; quem Charites sequuntur omnes;
Musæ Pierides colunt sequaces,
Princeps Pieridum, & canens Apollo.
Cui virtus tyrio colore crines
Ornare, extimuit fuisse paruum;
Sceptrum sed populi dicat potentis.
Cui Pallas niueas Polo papillas
Admouit puero; cui & sagacem
Mentem præcoluit nepos Atlantis;
Aeternos statuit decus triumphos,
Aetati & celebrat canenda seræ
Eupheme lituo sonante facta.

Pergas Palladios Roberte ludos;
Haustos hic generosa mens profundat,
Carrara Duce, Palladis liquores;
Dum Gonzaga præest, præest Apollo;
Dum Cæsar præerit, nihil timendum.

Ad Hieronymum Bossium eloquentiæ in Palatina Scola primarium interpretem cum iurisprudentiæ Laurea Ticini inaugureretur. Hendecasyllabi.

Sic luces Sophiæ reuinctæ serto,
Bossi, Pieridum decus sororum,
Quem cantu docuit ciere Apollo
Musarum litui chorum sonantis,
Quem sparsit roseo suada rore,
Lactantique dedit Charis papillas:
Sic fulges sophiæ reuinctæ lauro,
Bossi, carminibus latina siren;
Bossi, quem Charites colunt sequaces;
Bossi, quem decorat Camœna quæque;
Doctores redimitus inter omnes,
Crinitus medio sedens Apollo
Qualis dulcisonum lyra sonante
Inter Pierides canit sorores.
Crine hæc laurea sed minor diserto;
Maiorem capiti parat corollam;
Quæ nunquam senio fatiscet æui;
Aureis fama tuis dicata scriptis:
Iam fulge sophiæ decore serto,
Bossi, Pieridum iubar sororum.

Ad Episcopum Nouo-Comensem Lazarum Carrafinum.

Ode.

Anacreontia.

QVid barbiton non mea capis
Canora Musa blandula?
Pindi canas per florida
Vireta; Musa, corculum
Et Palladis suauium,
Lazarum cane mi Præsulem
Comi nitentem syrmate:
Hic flosculus Dialium
Virtute nullus clarior:
Hoc cultior nemo fide
Parnassijs resonat iugis,
Apollini vel gratior
Cape Musa dulcem barbiton
Musa age cape sonantem chelim.
Lazarum cane mi Præsulem
Cane orbis, Vrbis corculum.

Ad eundem eiusdem metri.

AN, Musa, Pindi vertice
Vides nitere sydera,
Nouo decora lumine,
Ternis reuincta & crinibus?
Diu quid ipsa restitas?
Haud dulce pandis & melos?
Hic flaminum magnum decus,
Hic clara lux: Dialium
Hic Lazarus præest rosis
Age dulcius pangas melos

Age Musa carmen barbito ;
Dic læta Pindi, dic iuga :
Illic nitenti vertice
Lazarus amico sydere,
Corona Magna Præsulum,
Cleriq. gemma candidi,
Virtute Mvsta clarior,
Dum tam serenus fulgurat.

Ad Saulum cui libellus consecrabatur.

QVis te benignè nuper ab aureo
Fonte editum, quis candide flosculo
Vernantem, amica quis manu te
Occiduos leget ante hiatus?
Inter virentes gratior exeris,
Flores comarum nunc decora, & vagos
Festiuus expromis colores
Vertice quam maculosus omni.
Tu Saule; Permessi nemoris decus,
Tu propter almos qui sophiæ, haud secus
Hybla ac dum apes stipant virenti
Mel liquidum, expatiaris hortos.
Adsis, humo se floridus exerit:
Vltro recidas vngue; coma ntia
Vltro tibi nam colla clinat,
Et facilis patitur recidi.
O quam beatum diuite si solo
Quo Pæsta Sauli condecorant sinum
Ornata milleno colore,
Floridulo libeat reponi.
Quamquam nitenti lilia vertice
Iactent ibi, vel pnniceæ rosæ
Et mille flores virentes
Mellifluusq. thymus decorem:
Non hic tamen gemmantibus occulet
Se se comis, quin aura fauonij
Iucundior,

Iucundior, Saulo fauente,
Egelidas abiget pruinas:
Quàm se beatum caudice sentiet?
Quàm lucis ortum grandiùs efferet,
Miratus occasum ve flebit
Languidus illacrymatus orbis.
Decerpe, Saule, atque insinua tuis
Hunc floribus, quos tu sophiæ penu
Lectos habes: illic deinde
Qui timuerit boreæ ruinas.

De Templo D. Gaudentij Nouariæ magnificentiùs restaurato.

Ad Bernardinum Pintium Canonicum Cath. Nouariæ.

CErnò nitenti marmore limina
Templi sacrati, cernò micantia
Auro sacella intus politis
Clariùs irradiare signis:
Gaudentio Nouaria Præsidi
Magno sacrat donaria scilicet,
Diuoq. grates his Penatum
Incolumis toties rependit
Pergas; piarum maxima ciuitas,
Martis sinistri fulmina sæpius
Perpessa; bellorum ruinis
Sæpius eruderata magnis,
Pergas; coronis fulgeat aurea
Deducta sublimi, vndiq. fornice:
Gaudentij templum laboratum
Dedaleo rutilet lacerto.
In beatas exuuias pia
Reflexo adoret turba genu, timens

Quas Dæmones tristes auerni;
Protinus effugiuntq; visis;
Isto secundas sentiat & preces
Fusas precator pectore ab intimo
Vrbi sit vsq; isto benignum
Numine, propitiumq. cœlum:
Votiua præcelso rutilet tholo
Suspensa pendens; arbor & aurea,
Virgata milleno colore
Bractea diradiet quotannis
Isto Dialis de solio sedens
Primum corusicanti populum pede
Lustret nouus; frontem serenam
Et cidari riget micanti.
Ingens olympo machina verticem
Tollat, patenti surgat & area.
Tu liba myltes hic litato:
Thuribus ara frequens vaporet.

Ad Theses rationalis Philosophiæ.

METRVM I.

Ad dissertationem de vtilitate & necessitate Logicæ.

QVàm densa semper deuia nube
Heu mens caligat lumine, veri
Dum sacros aditus quærere tentat.
Nec tantum falsa ludit imagine
Diuersas doctus fingere formas,
Fatidicus custos æquore ouilis
Tam vana obiectans spectra ferarum,
In liquidas versus labilis vndas
In magnum versus stabilis vrsum:
Ah quantum varia ludere forma
Attentat veri, subdola falsi

Effigies ò quæ lyncea certum
Discissa nube lumine pandis
Mens ? quæque arietat machina falsum?
An tu Chrisippi filia docti?
Effigies prensas versi colores
Dirigis implexos sola reflexus,
Laruatæ & prodens Palladis ora
Tu præfers vero splendida lumen ?

METRVM II.

Ad dissertationem, de varijs muneribus qualitatibus, & contemplationibus Logicæ.

AD veri radios dum flecto lumina mentis,
Occuluere iubar nubila densa mihi.
Explicat inde suum dum mox sine nube decorem,
En mentis magno lumine lumen habet;
Aut fugit, aut falsi confundit larua decorem,
Et mentita oculis ludicra imago subit.
Discindis nubem sed Chrysippæa virago,
Atque tua firmas lumina mentis ope;
Haud acies nutat, falsi non ludit imago;
Verum sinceras exerit atque faces.

METRVM III.

Ad dissertationem, De natura & munere entium rationis vt obiectum formale Logicæ sunt.

SI quæ iam profugum Iouem
Dyctæo nutrijt specu,
Nunc stellata comantibus,
Octauo renitens globo,
Vibrat lumina crinibus;
Tu quæ semina mentium
Fætum ducis ad optimum
Et partum refoues sinu
Nutrix sedula Palladis,
Quo te munere prædicem?

Te te Palladiam modis
Iunonem recinam meis.

METRVM IIII.

Ad dissertationem de tribus operationibus intellectus, & de quinque vniuersalibus.

CLara, lucentes operata flammas
Lampas aurato venies eoo
Lucidos ignes iaculatur Orbi;
Vnde nocturnæ fugiunt tenebræ,
Purior fulget radijs & aura,
Luce rorantes redimita crines.
Sic libet mundi varios colores,
Sic iuuat Cæli rapidum rotatum
Cernere, & certo penetrare visu
Quidquid aspectu reniter creatum.
Almo mens vibrat radios nitentes
Haud secus, rerum speculata sensus;
Quæq; sensati referunt colores
Luce collustrat niuei nitoris.
Ista sic demum faciem perosa
Sensilem, mentis tenebris fugatis,
Puriùs flectunt speciem, serenas
Atque cęlestes imitata mentes.
Inde securos oculus sagacis
Firmat obtutus animi, latentis
In sacros veri medios recessus;
Quidquid indagat latitans profundo.

METRVM V.

Ad dissertationem de formalitate & definitione vniuersalium.

SEuera Porticus tulit;
Quòd sensiles imagines
In mentem volitent leues
Extimis è corporibus,

Certasque

Certasque notas imprimant
Ceu ſtylo aratur pagina:
At illa contorpet quidem
Ni, in ſe recluſa, vigili
Motu excitetur ſenſuum;
Sed mota rerum ſpecies
In illa, terſo veluti
Speculo, nitent imagines.
O animi quantum vigor;
O animi præſtantia;
Notio mentis viuida,
Lyncea, pernix, ſagax,
Quæ ſumma ſcandit volitans,
Infima acutùm proſpicit;
Veríque laruas detegit.

METRVM VI.

Ad diſſertationem de decem Prędicamentis.

INcipe felicis iam viuida lumina mentis,
Per rerum formas flectere, Alumne, tuæ,
Pande oculos, vno obtutu lege cuncta bibaci,
Singula deinde loco cernere diſce ſuo:
Quam fæcundæ tibi ſunt hæc compendia rerum,
Omnia, & implicita hic, & reuoluta legis.

METRVM VII.

Ad diſſertationem de vocibus, & de ſecunda Intellectus operatione.

EN nectit inſoluto,
Vero fœdere iuncta,
Diſiungit en perenni,
Et quę diſſita tractu,
Mens intimo receſſu
Verum promerę docet.

Incipe

Incipe sonora cantu
Linguæ soluere plectrum
O pectoris loquacis
Tu vox nuncia fida.
Numerisq; iam canoris
Mulce blandiùs auras,
Animi comes suauis.
Fidus Mentis Achates
Dialecticæ en alumnus
Fatur mente sagaci.
Echo ipsa nunc sonora
Reddas carmine voces.

METRVM VIII.

Ad differtationem de tertia intellectus operatione, figuris syllogismorum & demonstratione.

Dum mens ingenuis acta volatibus
Tranat sydera pennis,
Celestes superat viuida mentium
Euris ocyor auras,
Et velox relegit cuncta meatibus,
Celsi lumina olympi.
Ausu deprimitur motibus incita
Illinc viscera terræ,
Vastos Oceani permeat hinc sinus,
Plexo vortice pulso
Pernici aereas tum repetit plagas
Cursuque coercet,
In se se referens, cuncta legit sagax,
Vero & falsa retorquet.
O mentis vigor, ò dia potentia
O lux enthea mundi.



FRANCISCI
RVGERII
C. R.
CONGREGATIONIS
SOMASCHÆ.
EPIGRAMMATVM.
LIBRI TRES.



DE MVSA AVCTORIS

Epigramma.

R. P. ALEXII LEONIS

Lusitani C. R. Congregationis Somaschæ Concionatoris.



Am dulci cantu mulcet Rugerius auras,
Seu lituo resonent carmina, siue lyra;
Vt noua cum cecinit Parnaßi in vertice Musa
Huius sit summo docta recepta choro:
Delius at geminis redimiuit tempora sertis,
Insolito & totum plausit honore iugum;
Scilicet is miro facundæ lumine mentis,
Cum Cicerone tonat cumque Marone canit.



SACRORVM EPIGRAMMATVM

Liber Primus.

DE NATALI DOMINI.



Iua, Deum quæ casto vtero, sine semine condis,
Pectore de sacro, pignora cede parens.
En Polus, & Tellus inhiant sacra munera ventris:
Natum cede parens; & Dea cede Deum.
Sic, vbi virginea fuerit Deus editus aluo,
Et Dea tu cęlis; Et puer ille solo.

De eodem.

Aurea purpuro Pallantias exit amictu,
Et texit primo, candida mane rosas.
Lucida dum rosea nectit redimicula fronte;
Inuitat roseum, sole oriente, diem.
Integra mane rosis rutilat dum pectore virgo;
Ecce parit solem, luce oriente, Deum.

De eodem.

Solus amor dominum, diuina vt deserat astra,
Solus amor, veniat cogit ab arce Poli.
Cogit in herboso, dum sæuit frigore bruma,
Blandula frigidulo, membra fouere toro.
Quid non vellet amor? quid non dare vellet amori?
Non benè victor abit, nec benè victus abit.

De fenili Præsepe in quo iacuit Iesus.

Fęnili in stabulo, miraris, Terra, iacentem,
Stramineumque torum composuisse Deum?

Pone metum; te celsa beant en munera, Tellus;
Cælum es, iam summi regia facta Dei.
Quin etiam hoc vno virgo felicior; Ecce,
Quem cæli haud capiunt, prouida ventre capis.

De puero adblandiente Matri.

Dum puer in cunis, languentia brachia matri
Tendere blanditus nequit, fascia stricta vetat:
Indolet, & querulo vagitu concitat auras,
Expressis lacrymis immaduere genæ;
Impatiensque, manus puerili en explicat arte:
Sic vincire Deum non puduisset, Amor?

De eod. sugente matris vbera.

Dum peteret matris roseo puer ore papillas,
Obtulit hęc niueum, sponte decora sinum.
Sic hęret, tacitisque premit puer vbera labris,
Vbere nectareas virgo profundit opes.
Dices, purpureis fulgere labella corallis,
Et candere sinu lactea dona niuis.
Sed puerum regem lactas Virgo, vbere pleno,
Atque offers, cælum quas tibi donat opes.

Ad præsepe Domini.

Contextum duro concedis stramine lectum,
Parua domus; sed non munere parua Dei.
Quid rear? an tibi sorte datum, vel munere cæli,
Vt profugum exciperes in tua tecta Deum?
Sit quod quamq; libet; quãtùm hæc fuit optio felix?
Es cælum, & cæli regia facta Dei.

De lachrymis pueri.

Alme puer, roseos dum tristi aspergine vultus
Irroras, niueo turget & ore tumor,
In teneris lacrymis quàm multus desilit ignis?
Quàm roseis labris mixtus amaror inest?
Scilicet & lacrymas diuus ciet ardor amoris?
Tristis & in rigido frigere amaror inest.

De iiſdem.

Bellule, quid querulis complés vagitib. auras?
Et lacryma aſſiduas, lumine, ſtillat aquas?
Ponat, adorato, flamen tibi, Numine, Caurus,
Et Zephyrus ſpiret dulcia flabra ſinu.
Hinc hilaris riſus lætantia temperet ora;
Lumina ſcintillent: vndique ſpiret Amor.

De iiſdem.

Quid, puer, irato torques qui fulmina cęlo,
Vili, parue, iaces irrequietus humo?
Quid pia diſpergis frigentia fletibus ora?
Et tenera in duro ſtramine corda pauent?
Ah ſcio; diuini ſunt hæc miracula Amoris;
Cauſa doloris Amor, cauſa timoris Amor.

De vagitibus pueri.

Vt ſenſit puerum teneris vagire querelis,
Indolet, heu, cęlum, nobile pignus ait:
Inuida, ſyderibus Tellus caput inſeris ergo?
Et traxiſſe vales in tua iura Deum?
Cęlũ ego? quid tãtum affectas tibi nomen Olympi,
Aequiranné eſſe poteſt, regia, terra Deo?
Ah tamen, ah quantum, multò felicior; ecce
Seruas vna Deam, ſurripis vna Deum.

De puero Ieſu & Matre.

Virginis in gremio ſubridet paruulus infans;
Purpureę vt medio, lutea caltha rosæ;
Illa verecundum roſeo trahit ore colorem;
Duplicat æthereas, ſed puer ore faces.
Ambigo, cui potius, roſei fluat aura decoris;
Tu iace, Virgo, roſas, tu, Puer, adde faces.

De nocte Natiuitatis.

Aeternas, accincta faces, nox ætheris ortus
Pande; omnis mundi militat ora tibi.
Exere ſydereos, radianti lampade vultus,
Omnis & æthereus iam famuletur honos.

Sic benè, nocte diem fingas, dum nascitur in te
Lux, fies orbi nox, sinè nocte, dies.

De eadem.

Nox, tibi sydereos depingas lucida vultus,
Obnubatque suos inuidiosa dies.
Præque tuis facib. cedant nutantia solis
Spicula, cimmerijs, lucida Nox, tenebris.
In te nimirum conspirant lumina cæli,
Es nox, sed orta hac luce: decora dies.

De partu Virginis.

Exere diuinum, felix iam fœmina, partum;
Et fluat, illæso munere, ventris onus.
Diua, diu cæli tenuisti semina prolis;
Iam reddas nitidi pignora cara poli;
Virgo redde libens, ex te dum nascitur ipse
En Deus, vna creas omnia, & vna beas.

De conceptione Christi pueri.

Quà sacra virginei se ventris claustra recludunt,
Sydereo è solio tu, Deus, ecce lates.
Nec tamen ah latuisse pudet; victoria Amoris
Hæc est, qui validus surgit in arma magis,
Vincere quærit Amor: quid cedere posset Amori?
Non sistet, nisi te tu mihi, Christe dabis.

Aliud.

Virgo, diuini quam se tibi muneris aura
Adspirat facilis, numen, & omen habes.
Namque vbi corripuit genitabilis impetus artus,
Quem non orbis habet, paruula vt aluus habet?
Ast hæc cælestis, Virgo, miracula Amoris,
Immensum paruo continuisse sinu.

Aliud.

Mortales supera Deus aspectabat ab arce,
Sufficit huic subitò vulnera dius Amor.
Deperit vno oculi nutu: tum spicula cordi
Hic quatit, interea deperit ille magis.

Ignem

Ignem nutrit Amor, Deus ac indulget Amori:
Vulnere crescit amor: vulnere crescit amans.
Porrò quid pergit? num est aptus amatus amanti?
Aptus erit: geminat spicula, fiet homo.

Natalis Christi diuini amoris pignus.

Victor Amor, partæ dum quærit præmia palmæ,
Victus Amore Deus munera multa parat:
Parua sed ille negat, minitatus spicula dextra,
(Vires ah quantas imperiosus habet)
Cælũ offert, soliumq; negat. Quid maius haberes?
Nec cęlum, & solium; me tibi dono, cape.

Aliud.

Vt cęlestis Amor dextræ sua robora iactet,
Prouocat ad luctam subdolus arte Deum.
Aptat ad assultum, pariliq; brachia vterque,
Et iungit nexu pectora pectoribus,
Cælica tota silet, geminis luctantibus, aula;
Nunc dixere Deum vincere, nunc puerum;
Dumque diu multis clinant se flexibus ambo,
Crus dextrum, admoto poplite, pressit Amor.
Is demum eiectus substrauit pectora terris:
Atque, Deum vincens, omnia vincit Amor.

Aliud.

Dius Amor summo iaculatus spicula cælo,
Aeternum arripuit protinus igne Deum.
Ast vbi corripuit diuinas flamma medullas,
Vltorem metuens, labitur ille polo:
Insequitur, cælum linquens Deus ipse fugacem;
Is fugit in gremium Virginis, hic sequitur.
Sed certasse satis: pugnam iam dirime, Virgo,
Prodeat, humano victus amore, Deus.

Aliud.

O Decus, æternæ moderator Cynthius aulæ,
Tela per æthereos qui iacis, orbe, plagas;
Siste faces, & tela premas: noua lumina iactans,
Ecce serenato lux micat alma solo.

Dum fulgent veri rutilantia spicula solis,
Nil moror, æthereas quas iaculere faces.

Affectus Virginis in puerum natum.

Vror, dum placidum formant tua lumina risum;
Vror, dum lacrymas lumina & ipsa cient.
Sic est, sic mi nate, meum cor auree flectis,
Nam mihi tu flammas, pectore, belle, feris.
Flamma amor est; placidus risus si spirat amorem:
Largiùs ah ride in corde, puelle, meo.

Aliud.

Indicunt rosea vt dulcem tua lumina risum?
Tum quasi mi dicis, basia fige parens.
Oscula delibo; tu reddens, gignis amorem,
Atque meum pectus Diuus adurit amor.
Sed, dulcis fili, addo decem, do millia centum:
Ni me iterum inuitas, oscula nulla dedi.

Lusus Pueri Iesu in brachijs Matris.

Virginis in niueis residet Puer aureus vlnis,
Et rosea è roseis sustinet ora genis:
Ore Parens ridet; ridet Puer aureus ore,
Ore Parens mœret, mœret & ore Puer:
Et libare Parens Puero cupit oscula centum;
Et geminare infans oscula mille cupit:
Implicat hæc tenero languentia brachia collo;
Vellet & is, si non brachia vincta forent.
O gratus lusus, carum certamen Amoris,
Deliciose Puer, deliciosa Parens.

In die Natali B.M.V.

Quæ noua sinceris rutilant radiantia flammis
Sydera? quam faciem sumit & alma dies?
Auguror, ætherei peragunt Marialia ciues,
Sydera & exponunt inde tonantis opes.
Dum se natalem Mariæ lux indicat almæ,
Ire vna incipiunt aurea sæcla die.

De

De Annunciatione B. M. V.

Aethereo lapsu galileæ Virginis ædes
Aliger ingressus cælica verba tonat;
Coniugium spondetq; Dei: Pudibunda virago
Hæret: at is soluit turbida corda metu.
Se fassa hinc famulam, vt dio cor vouuit amori,
Numine plena Dei, concipit alma Deum.

De Dormitione eiusdem Virginis.

Occiduo defuncta iacet sacra lumine Virgo:
Olli sed tamen est gratior ore color.
Vt rosa, pubentes dum ponit languida crines,
Purpureo ridet flore, decora magis.
Dignum non perijsse decus: Dij parcite Diuæ;
Vt Dea prima soli, sit Dea prima Poli.

Aliud eiusdem argumenti.

Occiduo vidit languentem lumine Matrem,
Pallent dum niueæ Virginis ora, Deus:
Ergo ait intactæ violauit pectora Diuæ,
Nec tenuit diras impia Parca manus?
Quam nollem fecisse obitum, aut nil iuris haberet
Ne posset tantum Mors temerare decus;
Quicquid erit mortale adimam, cæloque locabo;
Vt noua sit cælo gratior illa Dea.

Aliud.

Tristia Mors ducto lunauit cornua neruo,
Credidit & Virgo candida colla toro;
Vt vidit perijsse; Deæ mox stringit imago,
Pœnitet, & damnat noxia tela manus:
Anxia diuino detraxit pectore telum;
Et gaudet Cælo reddere posse Deam.

Aliud.

Excepit mortis placidum cum Virgo soporem,
Dimicat ecce Polus, dimicat ecce solum.
Vndique præualido surgunt certamina nisu:
Alter lætitiæ; hoc arma doloris habet;

Hoc queritur demptum; partum petit ille decorem,
Non necis esse ream, sed sibi velle Deam.
At, doleas licet, hæc Cælum sibi pignora seruat,
Nec quidquam Terra in Virgine iuris habet.

Aliud.

Defunctæ similis vultus, similisque sopitæ;
Virgine tantus inest in moriente color,
Nam leuis, illæso decessit spiritus ore,
Nec vitiatus item, nec variatus honos.
Sed rubor in niuea benè ludit imagine, Quid ni?
Integra quæ vixit, si speciosa cubet.

Prosopopæia Mortis in dormitione B. M. V.

Pallida mors dirum componit missile neruo:
Nec via concepti vulneris vlla patet;
Vndique diuini spirat nam numinis auram,
Vndique virgineus nam benè surgit honos.
Quid faciat? plantæ remanet pars sola superstes,
Hanc partem, ducta cuspide, lene ferit.

Euentus dormitionis B. M. V.

Virgineæ Matri metitæ tempora Parcæ
Cælestes, nebant aurea fila colo;
Ast vbi Virgineum complerunt stamina pensum,
Scindere, fatali pollice, fila parant.
Haud tamē hoc audent, geminari & tempora Diuæ,
Et longas vellent conseruisse moras.
Dum secum, & dubio mentis certamine, nutant;
En tacito lapsu pensa retorta cadunt.

Aliud.

Armata telis pharetra, Mors aduolat atrox,
Virginis vt Mariæ candida fila secet;
At retinet mirata manus; & lumine amorem
Depascens, nollet tollere tela decus;
Protinus & lenis contorquens tela soporis,
Dirigit in niueos illa retorta sinus,
Sic placidè Diuæ sensus prædatur, & ista
E moritur, nec scit, quid fuit inde mori.

In eiusdem dormitione B. Ioannes Euangelista Virginem alloquitur.

Nil cari, te cura subit, quem, Virgo, relinquis?
Vita, anima, heu, mihi lux; te moriente, fugit:
Te redeunte, redit, mea lux, mea vita, meum cor,
Tecum est, & sine te iam mea vita fugit;
Ergo mane: Cælo tecum vel suscipe natum;
Non poterit, moriens sic, mea vita mori.

De eiusdem Virginis Assumptione.

Culta genas, sertisque comas redimita, rosisq.
Scandis olympiacas, Virgo decora, plagas,
Et vaga, sydereo diffindens Aethera gressu,
Indignata, solum linquis, amica Poli:
Ah, Dea, quàm benè cauta fugis. sed linquis amâtes.
Siste moras, Virgo; aut nos tibi iungat amor.

Aliud.

Quàm benè stellato Dea Virgo vagaris Olympo;
Virginibusque alijs præuia pandis iter;
Nam seu cęlestes inter caput exeris orbes,
En facis, vt nitido fulgeat Orbe dies;
Siue hauris nitidi rutilantia spicula Phœbi,
En noua cęlorum vertice flamma nites:
Seu cęlo quassas concepti lampada amoris,
Non homines solum, numina, Diua, beas.

Aliud Io. ad Virginem.

Siccinè, Virgo, tui cari carissima amantis,
Tranas æthereas sic fugitiua plagas?
Siccinè, Virgo, tuum terris dimittis amantem?
Sum pars ipse tui, pars es & ipsa mei.
Dimidium iam tolle mei, non didimur; inde
Tu pete sydereas iam fugitiua plagas.

Aliud.

Aurea scintillat Dea Virgo puerpera flammis,
Dum iacet obscuro semisepulta toro;

Qualis cum tenuis describit sydera flamma
  Hesperus,& roseis ignibus aura micat·
Quid cum squalenti tumulo rediuiua resurget?
  Effinget, nitida luce, corusca diem.

Aliud.

Nobile sydereis cęlum, decus addidit oris:
  Ereptum tellus sed viduata gemit.
Inuida quàm nimium,rapiunt tibi sydera pignus:
  Syderibus tantos quis putet esse dolos?

Aliud.

Dum tumulo surgit,vultu rediuiua sereno,
  Didis & æthereas luce corusca plagas.
Procumbit nitido fulgens ti bi Cynthius axe;
  Ponit,adorato lumine, Luna faces;
Annue, Virgo, libens; donant duo lumina flāmas:
  Te,Dea, sed tamen est lumine vtrumq; minus.

Aliud.

Si Dea,quid patrium non aduolat aurea cælum?
  Digna ne sydereis æmula Terra Deis?
Si sydus,rosei scintillent lumine crines,
  Opprimet æthereas inuida terra faces?
Vt Dea linque solum, & cæli dominere per astra;
  Vt sydus,vario lumine pinge Polum.

Aliud.

Quas tibi delicias spondet Charis aurea? quantas
  In cælo Diuis numine spondet Amor?
Sed mage iucundos Chariti das alma lepores,
  Illa tuo Diuos Numine lęta beat,
Quid rear, ò Virgo, Charis, annè amor, aurea cęlo (es?
  Hoc,& amore, Dea, maior es,& Charite.

Aliud.

Delicijs Cæli Tellus ditata superbit;
  Inde Dei iactat numina,& inde Deæ.
Dum tumidæ hoc fastu sordent & sydera, Cælum
  Surripit en valida seditione Deum,

Vix cedit malè cauta; Deæ sed numina iactat:
Tum demum cælum surripit Ecce Deam.

Aliud.

Delicias inter cæli lususque, iocosque
Ludit virgineis Virgo decora genis;
Viuida languentis solum hic sed restat imago,
Quæ dium, frontis margine, spirat adhuc,
Ast etiam tumulo, fas est ò parcere, Diui;
Exuuias Diuæ sydera digna locant.

Aliud.

En quàm blandidulos componit lumine vultus,
Et sponsi tentat vincere corda face,
Sæpius &, benè docta suum iam fallere amantem,
Fertur in amplexus regia sponsa suos:
O felix lusus, felicia, & oscula Amoris,
Quæ parat inde Deus, quæ parat inde Dea.

Miranda Antithesis Conceptionis & Dormitionis B. M. V.

Vndique, Virgo, fauet cęlestis Numinis aura,
Milleno & ditat munere, Diua sinum.
Nasceris illæso concepta vt semine fętu,
Vitales auras & sine labe trahis.
Dum bibis ęterni moriens obliuia somni,
Sydera, cælesti munere, Diua, petis;
Quàm facilis, quā blādus amās Deus vndiq;, Virgo?
Tunc negat esse ream, nunc dedit esse Deam.

Ex sacræ Scripturæ locis varijs.

De eiusdem Virginis dormitione tumulo & Assumptione petita argumenta.

Fulcite me floribus.

SYdereo rosei quā vernant vertice flores
Nectite, virgineæ florida serta Deæ;

Purpureis fulcite rosis; quas candida cingant
Circum puniceo lilia mista croco;
Quicquid odoratis, cæloque enascitur, Hortis,
Texite virgineis; in mea dona, comis;
Talis odoratos vt cum sinus afflat honores,
Optet Cælestis sponsus habere suam.

Stipate me malis.

Florida cęlestis dum vernat floribus Hybla,
Explicat, & tonsas Pomus odora comas;
Carpite vos, Diuæ, furtiua dulcia dextra
Poma manu, rores hic vbi sudat Amor.
His stipate Deam, cari vt legat oscula sponsi,
Flagret odoratus dulcia poma sinus.

Quia Amore langueo.

In me conspirant nunc omnes Aetheris ignes,
In me nunc vacuat Diuus Amor pharetram;
Et sensim dulci languent mea corda lepore,
En mea dum sponsus lumina anhelat amans:
Langueo, & in dulces soluuntur viscera flammas,
Qui facis, & sanes vulnera facta, Deus?

Dum esset Rex in Accubitu suo.

Dum spectat nitidi thalami laquearia luce,
Cęlesti inque aula Rex spatiatur amans;
En mea vernantes benè crines explicat, auris,
Reflat odoriferos Nardus odora sinus;
Gratus odor Regi: ipsa at gratior, vndique odoris
Nunc Amor in cælis attrahit inde mei.

Speciosa facta es.

Inter virgineas Virgo speciosa puellas,
Cælo delicias, mira decora, facis;
Cælo diuinas dum iactas aurea dotes,
Cælestes, tanto numine, Diua, beas.
Quid ni, Virgo, sinus maiores spondet honores?
Tùm mage Diua nites, quàm mage diua beas.

Quasi Aurora consurgens.

Postquam dotales Virgo subit aurea sedes,
Candida sydereo stella recepta sinu;
Aspice quàm rigui stillent aspergine rores,
Circinet insigni faxque colore Polum.
Talis cæruleas cùm linquit Tethydos vndas
Aurora, arguitat clara per altra faces.

Vulnerasti cor meum in vno crine.

Dum Maria ingreditur cælum noua spôsa triũphãs,
Euolat exultans æthere totus Amor;
Euolat, & crebris collimat spicula signis,
Feruidus & gestit corda ferire Dei:
Dum volat, in sponsæ crines, quos ventilat aura,
Incidit, & se se crinibus implicuit.
Nec potis exolui: ah felicia retia, dixit,
Certius in sponsum hinc tela retorta cadent.

Mihi viuere Christus est. Et mori lucrum.
De D. Francisco.

Quo viuo, æthereis viuens & perfruor auris,
Est cor: verum illi tectus Iesus inest.
Hic tenet imperium, vel solus flectit habenas,
Inde mihi quod erit viuere, Christus erit;
Si me surpuerit totum, quid nam amplius optem?
Gloria cordis erit viuere posse Deo.

Nolite me considerare &c.

Non fuscum mirere mea nigrescere fronte,
Depictum namq; est sole calente, decus.
Lilia sic violis ludunt argentea vernis;
Sic nitet in rubea lutea caltha rosa.
Et si candenti viduatur mala colore,
Nil moror; & nigra fronte superbit Amor.

Aliud.

Ora quòd à nigro tingantur nostra colore
Mittite mirari; nam mihi tinxit Amor;

Spicula

Spicula qui veluti sol vibrans, ardet Amantem:
Huic niger in niueo est gratior ore color;
Nam dum subrubeus niueo color ore vagatur,
Dilectum blandus fortius arctat Amor.

Nigra sum sed formosa.

Nigra genas, oculos, planaq. in margine frontem,
Et niger in tereti gutture ludit honos.
Ebibit inde tamen placidos Dilectus amores,
Qui fit? alit flammas & niger ore color.
Nam parit ille decus, ferientia spicula quassat;
Nigrorem inducunt scilicet, Ardor, Amor.

Ad sepulchrum Virginis.

Quæ nam vos montes felicia marmora? Vena
Aurea quàm verè marmoris illa fuit.
Quæ manus artificis felicem finxit ad vsum?
Hunc quæ sculpserunt ferrea cæla torum?
Fortunate lapis, quæ pignora condis? habere
Gratius haud poteras forte ministerium.

Ad idem.

Virginis exuuias quæ marmora conditis vrna,
Vel vos deliciæ, vel date delicias.
Annè nefas saxi latitare crepidine gemmam?
Non pretiosa illa est, quæ speciosa latet,
Hanc si non terræ, cælo vel reddite Diuis,
Profuerit saltem hoc, vos tenuisse Deam.

De Morte in Virginem M.

In Mariam lunare parat dum pallida neruum
Mors, videt æthereum splendere ab ore decus.
Audaces damnatq. manus, & spicula, & arcum;
Mutuat à somni spicula mox pharetra.
Quàm mira ars Mortis? fato non excipit; atque
Cum non hanc possit tollere, lenè ferit.

Ad Virginem M. in cælum assumptam.

Horti delicias primi, quas perdidit Eua,
Restituis, Virgo, dum petis, alma polum;
Atq.

Atque iterum vetitis donas spatiarier agris,
Carpere lætanti dulcia poma manu.
Vnum restat adhuc, iterum ne sibilus anguis
Fallat: tu tectos detege, Diua, dolos.

Ad eandem.

Inter cælestes radianti luce maniplos
Dum luces, Virgo, dic agè qualis eris?
An quæ purpureo Pallantias emicat ore?
Aut quæ nocturna Cynthia luce nitet?
Aut medio clarus qui lucet Cynthius axe?
Aut quæ milleno lumine & astra nitent?
Nil magis est pulchrum cælo; simul omnia iunge;
Aurora, atque Astrum, Cynthia, Phœbus eris.

Decor Virginis M. in obitu.

Occiduo langues defuncta en lumine, Virgo,
Attamen est niuei vultus epheba gena,
Concolor illæso depingitur ore Venustas,
Dulce micant oculi: viuida labra rubent.
Quin etiam circum iucundè adsibilat aura:
Rosmaris effusi plurimus halat odor.
Surge, serenatam cingens, Dea, sydere frontem:
Es vaga dum moriens, quid facies oriens?

Affectus ad Virginem in cælum assumptam.

Quàm velox gressus moliris ad æthera, Virgo,
Tam velox sacro penna ab Amore venit:
Sed dum, Virgo, tuum terris dimittis amantem,
Diuidit in partes pectora, corda & Amor:
Optarim geminæ ad cælum mihi carbasa pennæ:
Ergo, Amor, adde tuas, vel mihi, Diua, tuas.

D. Io. ad sepulchrum Virg.

Ah, quid vitales non afflat spiritus auras?
Candida marmoreo Virgo sepulta toro?
Virgo iaces, caro & moriens tua lumina, amanti
Aurea tu Nato siccinè, Virgo, negas?
Sic langues ergo nitidi noue flosculè cęli;
Ceu rosa decidua languida facta coma.

Quid

Quid mihi restat adhuc, tumulo nisi ponere carmen?
Obrutus & tumulo Natus obit lacrymis.

Tumulus B. M. V.

Virginis ad tumulum manibus date lilia plenis,
Spargite rorantes & bene rore rosas,
Et violas virides, bene olentes caudice nardos,
Hos inter virças flos amarante comis:
Aeternum carmen tumulo superaddite, Diuæ:
Hoc tumulo latitant aurea templa Dei.

Logogryphos. De B. M. Virgine.

Intorquet tumidas, Vates si corripis, vndas;
Produc, virgineum ludet imago decus:
Incipe, milleno te prodiga munere donat;
Si pergis, primo grammate cerne Deum:
Tum medio claudit peccantis gramma supremum,
Scilicet illa reos, vindicat esse reos.

De feruenti D. Francisci amore.

Languet amās Franciscus, sed dū languor amantem
Vrget, tum magis hinc acriùs vrget amor;
Serpit is exertans dulci nam tela veneno,
Atque animus languens excipit illa libens:
Res amor hinc dulcis, dulcis res languor amanti;
Sic languere quies, sic & amare quies.

Dialogismus dum se abdicat paternis bonis.

Audebo? tacitè reuocat me cura parentis,
Absistam? repetit sed pia vota Deus.
Desero? at immani damnabor nomine tigris.
Restabo? hoc nequeunt saucia corda pati.
Ah capiunt geminum flagrantia corda timorem;
Dum quatit ille faces, supprimit iste faces:
Ast aude, Francisce, Deo hæc victoria cedat;
En curam cura pellis, amore odium.

De stigmatibus eiusdem.

Francisci cernens pectus, palmasq., pedesque,
Imbre madere vides vulnera sanguineo,

At rosa purpureum seruat si verna colorem;
Dixeris esse rosas, quas ibi pinxit Amor.
Ecce sinu teretes distillat purpura guttas;
Roreq. odorato pectora sacra madent.
Prouida res Amor est igitur, si vulnere cædit,
Et facit esse rosas post, vbi vulnus hiat.

De ijsdem.

Diuinas agitat Francisci in pectore flammas,
Nec satis hoc, seruat imperiosus amor;
Flammæ ille impatiens cuperet dissoluier igne,
Et dare corda auidæ sic moribunda faci:
Iste negat, lætus gaudet languentis & æstu;
Duplicat ille preces, duplicat iste faces.
Maxima sed tandem iaculatus spicula, fixit
Corde notas pacis commiseratus Amor.

Aliud.

Aestuat æthereis Franciscus ab ignibus, illi
Spicula cælestis quina Cupido iacit.
Insurgunt quini manantes vulnere fontes,
Roscida purpureo membraq. rore madent.
Hoc tamen, ah, modicè feruens dissoluitur æstu:
Vt valeat, toto corpore, gutta fluat.

Eikon D. Francisci in stigmatibus.

Languidus effusis lacrymis spectabat ocellis
Franciscus Christum, quem sibi vinxit amor;
Sanguine & irriguum labi per vulnera rorem
Dum videt, hæc secum collacrymatus ait:
Vt quid ego tales patior non corde dolores?
Sentit Amor, secum hæc exhilaratus, ait:
Mox patiere aliquos. Valida tum spicula dextra
Quinque iacit, quino hinc vulnere victor Amor.

Affectus Amoris & doloris D. Francisci.

Indoluit Christi Franciscus imagine visa,
Et circum pectus tristis amaror abit:

Tran-

Transfixa hinc rigidis cernit nam tempora dumis,
Sanguineo hinc niueas imbre madere genas;
Suſpirat, mœſtas & perflat anhelitus auras,
Has tamen educit pectore ſolus Amor.

Petit à Ieſu ſtigmate.

Langues, & niueas protendis ſtipite palmas
Heu, Domine, adſtringunt ferrea tela pedes:
Sanguinis effundunt magnum ſacra pectora riuum;
Vulnera quàm durus ferre coegit Amor?
Aſt, mea qui dudum vinxiſti compede corda,
Non fugiant: ſignum mancipis addat Amor.

Affectus eiuſdem dum expellit pauperem.

Amandas poſcentem inopem ſine munere ſæuus,
Atque immota fero ſtat tibi corde ſilex.
Cedit inops, magnum lacrymarũ fundit & imbrem,
Et geminato ictu pectora dura quatit.
Rẹs mira, ad gemitus adamantina corda fatiſcunt;
Franciſce in lacrymis mollia corda geris.

Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.

Vellẽ animũ, atq. animã te propter fundere amãtẽ;
Verùm animũ, atq. animam fundere neſcit Amor.
Ergo animi, atq. animæ quid adurit flãma medullas?
Dum negat illa obitum, ſubtrahat iſte focum.
Namq; mihi dulce eſt languere; at dulcius inde eſt
Atq. animum, atq. animam viuere poſſe tibi.

Eἰκὼν D. Franciſci.

Franciſcum quæris vera mihi pingere forma?
Has mihi pinge notas, quas benè dictat Amor.
Crudeſcat macies, & ſqualens pallor in ore,
Exerat articulos lurida facta cutis;
Tum caſtigatam rugis in margine frontem
Addes, & lacrymis lumina diſſoluant:
Aegraq. ſuſpirent è pectore labra querelas,
Plurimus & circum teter amaror eat:

Cætera

Cætera membra tegant duris velamina setis,
. Adstringat pectus palma supina pium.
Ipse tibi vera Franciscus imagine surget:
Adde notas, vestes exue, Christus erit.

Ad D. Franciscum Crucem contemplantem.

Miraris clauos, & diri pondera ligni
. Christo funereum composuisse rogum:
Hinc Amor intus alit succensas igne fauillas:
Francisce, accenso est feruida flamma rogo.
Ah scio quid cupias, dare pectora amantia Iesu;
Vt tua, qui Christum, corda cruentet Amor.

Franciscus Christo.

Viuo tibi dulcis deuoto pectore Iesu
Et cum sim seruus, non fugitiuus ero.
Colla iugo suppono tuo, tibi mancipor vni;
Ni fidis, signum mancipis adde tui:
Imprime, quæ nostris es passus, vulnera, membris:
Signa hæc cûm Domini, qui fugitiuus ero?

Cor D. Francisci in cruce Christi viuens.

Quid quæris vera Franciscum pingere forma,
Languidus in tristi surgat vt ore color?
Languentis frontem castiget margine mœror,
Atq. oculi teneris dissoluantur aquis,
Vt macies sulcetq. genas, vitietq. decorem
Vultus, & expressam pingat amariciem?
Insanum moliris opus; non surget imago,
Fingere diuinæ quam voluere manus.
Exprime signa crucis, quibus adde ardentia corda,
Francisci effigiem quod tibi fingat, erit.

De Diuo Blasio.

Ex illis verbis; audiui vocem cytharedorum cytharizantium in cytharis suis.

PEctinibus toto laceraris corpore, Blasi;
Sanguineo rori nempe satelles hiat:

Quid tamen ah præstat? teneros dum lancinat artus
Es cælo, Blasi, facta canora chelis;
In dulces incisa fides cutis inclyta versa,
Aeterno recinit carmina digna Deo.

De Diuo Donato.

Aurea stellato fulsisti lampas olympo,
Areti & visa es lux speciosa solo;
Viuida diuinæ pandis dum lumina mentis,
Et Christum toto pectore voce sonas;
O donum, Donate, Dei, sunt symbola vera
Nominis; es cæli munere, Diue, datus.

De insigni eiusdem miraculo.

Irruit in sacros feralis turba ministros,
Offert Donatus dum sacra liba Deo,
Et furit, & turbat sacras violentior aras
Vitrea contundens pocula frangit humi;
O palmare nefas; sacro haud tamen abstinet ille;
Victima libatur sacra sed vsque Deo:
Glutine nam verbi nectuntur fragmina vasis:
Res mira ad nutum Præsulis illa volant.

De illis verbis D. Francisci Xauerij sat Domine sat est.

Soluitur æthereo totus Xauerius æstu,
Cælica dum cordi spicula vibrat Amor;
Impatiens & amans, sat clamat, supprime telum;
Haud capiunt tantas pectora nostra faces;
Quid, Frãcisce, satis? num plenos negligis haustus?
Sat, clamas, noui, quid mihi dius Amor.

De Magdalenæ lacrymis.

Miraris riuos manare è marmore, Iesu
Magdalis ante pedes dum lacrymatur amans?
Quæ prius obdurans adamantina corda referret,
Essetq. in duro pectore dura silex?
Non mirere, Dei quatiuntur verbere corda,
Protinus irriguis illa liquescit aquis.

Sic

Sic adamas adamante, leui contunditur ictu:
  Disrumpi gemma non nisi gemma potis,

De ijsdem

Magdala quas oculis lacrymarum discutis vndas,
  Quàm matutini symbola roris habent?
Hic abit in nitidam delapsus in æquora gemmam,
  Gemma fit ex oculis singula gutta tuis.

De Santa Teresa.

Aethereis Seraphim pharetratus deuolat oris,
  Enthea dum cælo, mente, Teresa cubat;
Nobile lunato contorquens missile cornu
  Molli traiecto pectore corda ferit.
Hæc subito cordis magno labat icta dolore;
  Pectora sed gliscens dius adurit Amor;
Quàm potis ætherei conceptum flamen Amoris?
  Incipiunt geminæ bella ciere faces;
Hinc dolet, hinc amat: exuri tamen ambit Amore;
  Quod ni tota dolor, fit modo tota & Amor.

De Diui Piati Martyrio apud Tornacum.

Sanguine Tornacum maduit, viruitq. tepenti,
  Lecta Deo soboles, inclyte Piate, tuo;
Hæc tibi sed multis communis adorea, Iesu
  Diris tormentis exeruisse crucem.
Ista tua est solùm; maior dum sæuit Enyo,
  Christi maiores exhibuisse faces.

De Diuo Philippo Nerio.

Tædia dissimulans vitæ pulcherrima pellex,
  Retia, vt illaqueet, Diue Philippe, parat,
Et formæ confisa suæ discincta triumphum
  Occurrens iuueni feda referre putat,
Tu fugis aspectum tetri velut aspidis; illa
  Dum truculenta furit, tu mage tecta fugis;
Sed scio cur fugias; intus tibi cælica amatrix
  Cordi maiores intulit ante faces.

De B. Felini & Cantelicio.

Emeritus non vis exolui munere, Felix;
 Quin cupis vt crescat pondera Agaso seni:
Mars bellatorem perimit, sua sarcina Asellum;
 Mi, inquis, Christe, necem sarcina sola dabit.
Quæ tibi sed senio, Felix, tam vuida virtus?
 Diuinus vires sufficit intus amor.

De Hieronymo Lacuna Societatis Iesu in Anglia pro Catholicæ fidei propugnatione, laqueo suspenso.

Hieronymus fortis dum Iezabelis iniquæ
 Angla contemnit iussa Lacuna animo;
Facundum guttur laqueo supponit acerbo:
 Non nisi vi dira lingua repressa tacet:
Doctius at loquitur confracto gutture Christum,
 Cælicus atque illo est funere factus olor.

De Gregorio Lacuna in Iaponia dum concionaretur gladio transuerberato.

Victima Gregorius cælo syncera litatur,
 Et moritur, sæua cæde Lacuna Deo:
Dum tonat eloquio, dum vibrat fulmina linguæ,
 Excipit in niueo ferrea tela sinu;
Cæditur; at multo quàm fusus fœnore Sanguis?
 Namque animas cælo singula gutta parit.

De B. Iacobo Piceno Ordinis S. Fräcisci strictioris obseruantiæ.

Quem Trissinus noster Mediolani in Ecclesia S. Angeli laudauit.

TRissine Piceni laudas dum facta IACOBI,
 Cœlestes pandis mente disertus opes;
Inclyta nestorea promis miracula lingua,
 Mirus & eloquio, mirus & ingenio.

Quàm benè concordant ipsis sic omnia laudi;
Is quia mira facit, tu quia mira canis.

De mira in Deum confidentia Hieronymi Aemiliani Congregationis Somaschæ fundatoris miraculo comprobata.

Horrida sæuit hyems, pluuijq. ex æthere nimbi
Præcipiti lapsu noctè, dieque cadunt:
Infantes premit atra fames, & fragmina tectis
Aemiliane, tuis pauca manent Cereris;
At licet obsistant imbres, ventiq; procellæ;
Tu tamen infantes, Aemiliane, foues.
Quo pane? ah Christi in seruo fiducia; crescit
En sponte in palmis obsequiosa Ceres.

De Ven. viro Cæsare de Bus Doct. Christianæ in Gallia fundatore, dum esset orbatus oculis.

Haud mœret gemino viduatus lumine Cæsar,
Magnanimo humanam corde recusat opem;
Nec mirum; dias persensit lampadas intus
Menti maiores exhibuisse faces:
Clariùs æthereas oculatior aspicit auras;
Quid sibi non igitur lumina adempta neget?

De B. Io. Marinonio, B. Andreæ Auellini Tyrocinij spiritualis institutore.

Qui Christi docuit Marinonius inclyta Iesu
Bella, in militia constituitque Duces.
Adgressus claros duri certaminis ausus,
Laudi haud esse satis parta trophæa putat,
Maxima sed cessit virtutis laurea summæ,
Induperatores exhibuisse polo.

De B. Andrea Auellino quem Neapolis octauum sibi Protectorem elegit.

Inclyta Parthenope Dijs tutelaribus addit,
Andrea cleri te noua stella, suis;

Quàm pia, tàm voto facta hoc est prouida diu,
Tàm benè, quàm coluit, consuluitque sibi.
Laus tua quòd patriæ celebreris numen amicum:
Maior at octauo quòd numerere loco.

De B. Alexandro Saulo è Congregatione C.R. Sancti Pauli & Papiæ Episcopo

Saulus, Alexander, tibi dant vera omina, Præsul,
Illud Maiorum, nominis istud erit:
Sed dum terrenus sacro coniungitur Heros,
Egregijs factis reddis vtrumque sacrum:
Prælia Alexandri cerno, certamina Sauli;
Inclyta sed, solum parta trophæa Polo.

Pijs S. Sauinæ Triffinæ precibus mel è ligneo vase in quo Martyrū Naboris, & Felicis corpora contegebantur miraculosè effluxit.

Sistitur excubijs, dum fert sacra busta SAVINA
Cogitur & vasis pandere furta sui:
Mel ait: ô mirum, refluunt manantia mella,
Miles vbi terebrat peruicus ora cadi;
Dum stipem portant, cerealia munera, visæ
Elisabeth, Thomas, Sita, Casilda, rosæ.
Mira; sed an mirum magis est, dicente SAVINA,
Protinus occultis mella liquasse rosis?

De eadem sanctissima Matrona, quæ arcano quodam mysterio, Sauina, quòd apud Latinos, & Italos, Cretica Cupressi, nomen est; appellata fuit.

Sicut cypressus in monte Sion.

Militibus Christi studiosa SAVINA parentas,
Manibus atque pijs soluere iusta paras;
Vsque orans tumulo vitalia lumina claudis,
Incipis & meliùs viuere nata Polo.
Quis neget excelsam Cupressum monte Syonis,
Pandere odoriferam fronde virente comam?

Hæc

Hæc nescit senium, & nunquam corrupta fatiscit:
Incorrupta tibi mortua membra vigent.

De eadem ad Trissinum.

In silice immensos latitantes elicis ignes,
Et toto, Gaspar, orbe Sauina micat.
Gloria Trissineæ gentis, diuinaq; lampas,
Fulgurat ecce stylo splendida facta tuo.
Icare, ô musis, cingat te delphica laurus,
Quæ sunt cognoscis, quæque fuere tenes.

De Diuo Alexio proprijs in laribus sub scalis latente.

Sub scalis latitans obscurus Alexius, aulæ
Ignotus Patris sub lare sponte cubat:
Qualis at Isacides cœlestes cernit olympo
Præsidio promptos ire, redire procos.

De B. Veronica moniali in Monasterio S. Marthæ Mediol. ab Angelo edocta psalterium legere, & scribere.

Et legis, & scribis, Cæli dictante magistro,
Ante tamen nullas Rustica docta notas:
Vnica quàm multis præstas, Veronica virgo,
Rustica quàm multos vincis & vna sophos?
Cælicus, ô mirum, calamum tibi temperat ales,
Et pandit summi mystica sensa Dei;
Scilicet assueta en Cælo mens Enthea, habere
Doctorem solùm debuit æthereum.

De eadem sæpe à Dæmone flagris cæsa.

Flagris te dirus cædit Veronica Dæmon
Et pergit niueum tundere sæpe latus;
Scilicet inuidit candori pectoris almo,
Hostis ferre nequit virgineumq; decus:
Quid tamen ah præstat? geminat tibi, Virgo, corollas;
Liliolis gratas associatque rosas.

N 3 De

De eadem ab Angelo dum lateret cælesti pane recreata.

Aufugis, vt vites vanæ præconia laudis,
Et toto latitas, candida Virgo, die?
Inuisit tenebris latitantem at cælicus ales;
Prouidus & custos cælica sacra tulit:
O bene: sic homini dum vis obscurior esse,
Facta es cælitum notior inde procis.

De Archangela Panicarola Ascateriј eiusdem Sanctimonialis.

Vnum suspirans dum corde, Archangela, Iesum
Viuis & in sponso, Panicarola, tuo:
Indica, quæ pingit Christi feralia mortis
Instrumenta, mihi num Granadila vides?
Quid ni? par vtrinque decor, par vndique virtus
Christi florentes, fronde, referre typos:
Hoc tamen at differs maior discrimine, sentis
Pectore inhærenti flore quod illa gerit.

De estasi venerab. Dei famulæ Catharinæ Brugoræ monialis in Monasterio S. Margaritæ Mediol. dum mensa sororibus ministrat.

Dum famulæ pensum peragis, pia Brugora, mensæ,
Et fers conuiuis, cara ministra, dapes;
Enthea diuina raperis super æthera mente,
Hæres, immoto corpore, cum dapibus;
Nimirùm allicitur Cæli ad conuiuia pectus,
Et quid ni rapta es nescia Virgo soli?
Dulciùs impastas saturant at spectra sorores;
Non immota negas fercula, sed varias.

De eadem quæ, vt fama est, Iesu stigmatibus fuit insignita.

Brugora, transfigit Christus tibi tempora sertis;
Serta dedit sponsæ sed sua ferre comis:

Ille idem geminis infigit vulnera palmis;
Hoc dedit at sponsæ ferre monile suæ:
Si magno niueum terebrat tibi vulnere pectus,
Hoc facit vt cordi lucida gemma micet:
In teneras demum dum vibrat spicula plantas,
In se se sponsam vertit amore suam.

De B. Catharina à Palanza institutrice Monialium Sacri Montis apud Varisium.

Sola Deo Catharina vacans, horrentia montis,
Inculta, & dumis obsita tesqua colit,
Illa dein mutat cari in viridaria Iesu,
Hùc isti & sponsas pronuba facta vocat:
Edomat hic carnem, menti ieiuna rebellem,
Et viuit terris emaciata Polo.
Quid mihi Thebaidæ laudas spelça? Virago
Inclyta in Insubriam transtulit illa suam.

De Beata Iuliana B. Catherinæ discipula à Parentibus verberata quod nubere nollet.

Verberibus contusa genas Iuliana profani
Persistit tedas spernere firma tori;
Sponsa Dei æthereum sed quærit flammea peplum,
Virgineo & capiti synthesis atra placet.
Prudens dilecto seruat sic lilia Iesu;
Nec prius illa offert, quàm pia Virgo rosas.

De Cornelia Lampugnana Rhaudensi quæ Mediolani fama sanctitatis obijt.

Spicula Diuinæ sentis, Cornelia, flammæ,
Quæ lateri, & cordi dius adegit amor,
Sentis, sydereus dùm sensus eliquat ardor,
Impete prævalido & cælica flamina, rapit:
Ah nequeo, nequeo perferre hæc flamina, clamas,
Sentio discindi, pectora corda face:

Quàm tamen ardentē fouisti hanc pectore flāmam?
Quàm fuit hocq; tibi dulce sed igne mori?

Aliud.

Præparet vt lautas epulas Cornelia egenis;
Ieiunia agrestes deligit ipsa dapes.
Vtque illos pascat proprij fit prodiga census:
Vestiat vt, vestes exuit ipsa suas;
Serica sic mutat cum vili tegmina panno,
Cum tenui panis farreq; delicias;
Neglecto sed culta magis splendescit amictu,
Suauius vllo vnquam non epulata cibo:
Isthæc quàm verè lucrosa impendia cœlo:
Prodiga quantum alijs, tam benè parca sibi.



EPIGRAMMATVM

Liber Secundus.

AD PRINCIPES, & Amicos.

Ad Pium V. Pontif. Max. quod Aloysium Baldonium nostræ Congregationis Oratorem benignus audierit, concessaque solemnium votorum nuncupandi facultate exaudierit.

Anno Sal. 1568.


Ix, Pie, te pastor supplex Baldonius orat,
Cũ compos voti est Æmiliana phalanx;
Frigit hec inter Christi vexilla cohortes,
Militat, auspicio, tessera facta, tuo.
Quàm magna vtrisque accessit sed gloria? quisnam
Illum oratorem, te neget esse, Pium?

Ad Clementem VIII. nouum in Vrbe Collegium instituentem ab eiusdem nomine Clementinum, quod Patribus nostræ Congregationis tradidit.

Palladio exornant, Clemens, tua sydera Romam,
Auspicio instruitur lecta iuuenta tuo:
Hoc etiam donas monumentum scilicet Vrbi,
Vt pia te, Clemens, Principe Pallas ouet.
Diruta Palladia fuit olim Troia coherte:
At Clementina Pallade Roma viget.

De Ruthenis eodem Clemente VIII. Pont. Max schisma eiurantibus.

Blanda oculis, mitis vultu, Clementia, Clemens,
Ridenti pingi blandior ore solet,

Picta

Picta sed in viua vt videatur imagine viuens
In faciem, Clemens, instruit illa tuam,
Sic vitæ pietate moues, sic allicis ore,
Hoc vincit, vinctos soluit & illa sibi.
Haud igitur mirer, pedibus prostrata Ruthena
Eiuret dirum Natio schisma suum.

De insigni Mausolæo Clementi VIII. à Paulo V. Pontif. Max. erecto.

Marmorea extruxit Paulus tibi pegmata, Clemens,
Virtuti pietas hæc monumenta dedit:
Scripta velut libro tua cerno marmore facta,
Virtutis cerno & schemata picta tuæ.
Coclida Traianus, cedant, Aurelius; Vrbe
Maiora haud magnis visa trophæa viris.

Ad Paulum V. P. M.

Roma nouos sumit vultus, seu verius illa
Ad propriam faciem pene reducta redit,
Vrbis & antiquas pompas exponit; & orbis,
Cæpit & ornatu læta nitere suo:
Aspice vt augusta ostentat palatia forma,
Et fontes, hortos, templa, sacella, vias.
Hoc tibi sed debet sanctissime Paule, iuuentam,
Principe te, sentit Roma redire suam.

Omen Pontificatus Pauli V. Pontif. Max. Cum Aquila Ducis ab Altemps sede vacante Marmoreo draconi longo interuallo temporis insedit.

Dum te Pontificem, pie Paule, Senatus adorat
Intra Conclauis septa verenda sacri;
Omine designat populo te nuncius ales,
Quà tonat Arx velox Ælia magna volans:
Scilicet insedit sculpto prius vngue Draconi,
Et Diui Pauli vertice tum statuæ.
Stemma noui hinc signat Pastoris præscius ales,
Quis neget à vero te Ioue, Paule, datum?

Per-

Ferdinandus II. Rom. Imp. de Boemis & Hungaris perduellibus victor.

Hactenus haud vlli benè fida Boemia Regi
Fernandi excussit colla superba iugo;
Concita perfidia mox Austria tota tumultus
Auget, in Hungaricum est didita fama solum,
Tu tamen hæc, Cæsar, disperdis flamina: seruat
Cæsareumque Deus, qui tibi syrma dedit.

De excitata à Gregorio XV. ad Fidem propagandam Congregatione.

In sterili ponat qui culta noualia campo,
Ponat & inuictæ celsa trophæa crucis,
Siue sit emenso penetrandus & æquore Bactros,
Siue ferax Indus, vel truculentus Arabs;
Gregori, in erecta sacrasti magne, phalange
Hos vehet heroas qualis & Argos erit?

De aerea statua a Mystis Lateranensis Ecclesiæ Magno Henrico IV. Galliæ & Nauarræ Regi posita.

Hac spirat statua Henricus Mauortius heros
Quàm magna hæc Magni sunt monumenta viri?
Hic belli terror, sacræ reparator & aræ,
Illustrat pietas, martia mensque virum.
Ditarunt Regis sacrum donaria Templum;
Agalma hoc Regi mysta sacer posuit.

Ludouicus XIII. Magni Henrici filius Regnorum & pietatis hostes perditos Caluinianos domat.

Infernos sternis, cælesti Marte, Cerastas,
Inuicta elidens impia monstra manu.
Te Regem Alcidem renouata en Gallia iactat,
Quæ sumit priscas te, Ludouice, vices;
Iam minor est, pergas, Herois gloria, Princeps;
Hæreseos magnum est perdomuisse feram.

Idem

Idem Rex religiosissimus Patribus nostræ Congregationis Diploma concessit condendi in toto suo Regno Collegia.

Stipite inocciduo vernabunt Lilia, Princeps,
Spectabis Regni nec, Ludouice, vices:
Macte colas Cæli diuinos Orbe satores;
Istis sunt solum viuida Regna soli.
Dum diadema tibi hoc tuto munimine firmas;
Mutabis prudens aurea sceptra Polo.

Ad Hispaniarum Dynastas In funere Philippi III.

Quàm faustè infausto mutauit funere Regis,
Infelix felix Natio Ibera vices:
Indolet occiduo sua tristia funera Rege;
Quòd putet extinctas Principis esse faces,
Illum Relligio cœlestibus intulit astris,
Aeternum Pietas & Diadema dedit;
Numen habet pro Rege nouũ hinc ergo illa, nec esse
Hac magis infausta sorte beata potest?

Ad Hispaniarum Regna In funere eiusdem.

Extinctum mæsto quid tristis Iberia vultu
Regem, quid crines dilaniata gemis?
Amissum ne doles inopino turbine fati
Heroem excelsum pectore, mente pium?
Mærorem mulce, hinc sublatus promicat astris;
Aucto tu Cœli lumine, Numen habes.

Prouinciæ Regni vectigales. Funeris defuncti Regis Præfica lacrymantur. Mediolanum.

Funus ego videor funesto in funere Regis,
Mærore & lacrymis obruor in tumulo,
Dum

Dum latio Bellona ferox sæua intulit arma,
Excussitque feras dira Megera faces;
Illius enituit niueæ fax candida mentis,
Principis ingentes tum nituere faces;
Redditur Vrbs hosti magno cum sanguine parta,
Quantus in excelso pectore pacis amor?

Parthenope.

Funereæ pullata ad sum mæstissima moli
Parthenope, tristes soluor & in lacrymas.
Relligio hic, Pietas, palla Pax assidet atra,
Crinibus & passis congeminant gemitus.
Regalem mirata rogum mea funera cerno,
Esse mei videor Regis & in tumulo.

Sicilia.

Funeris vt ferijt tristes mihi nuncius aures,
Heu Regem luxi terra sicana meum;
Lugeo adhuc, lacrymis Arethusa fit auctior vndis,
Et penè extinxit flammeus Aetna faces;
Excipiant sed mæsta, pios quòd syderà manes,
Posthac dein cælo num mihi Numen erit?

Bætica.

Deploro funus dum tristis Bætica, tedas
Tu mihi funereas, orbis Ibere, para,
Tu circa templi medium funalia pande,
Instrue pullato stromate mæsta pyram,
Scilicet vt fidei magno à me depulit ausu
Hostes, securum te dedit esse polo.

Lusitania.

Concedis diadema meum vix siccinè Nato,
Et tristem me, Rex inclyte, morte facis?
Siccinè funestas illius funere plausus?
Siccinè permisces gaudia cum lacrymis?
Deseris at quamuis, non cælo deseret vsquam
Magni vis præsens Numinis illa tui.

Insigniores Insubriæ Vrbes eiusdem funeris præfica.

Papia.

Inter funereas lacrymor mæstissima tedas,
Nec tua sat lacrymis vnda, Ticine, meis:
Illa ego clarorum sedes lætissima Regum,
Mæreo millena iam viduata face;
Tristius hoc vnum Regis sed funus acerbat,
Funera tot mæstis cernere sueta oculis:
Scilicet hoc lacrymis tam diro vulnere vincor,
Quàm vicit Reges hic pietate alios.

Nouaria.

Inter funereas etiam Nouaria tedas
Non minus occasum Principis atra dolet.
Præfica & hoc alijs obitu lacrymosior, intra
Quod ciet ah lacrymas pectoris ima dolor.

Laus Pompeiana.

Laus ego, sed querulo nunc mixta encomia luctu
Tota dolens tristes ah feror in lacrymas.
Principis excelsi funus dum lugeo, mutor;
Et quæ laus fueram nomine, luctus ero.

Nouo Comum.

Squalida tænarijs facibus contermina Enyo
Quæ tulerat fidei tristia damna lui,
Occulit hydræos crines te Rege Philippe
Nigrantes Orco condidit atra faces,
Ah functus fato Princeps, rediuiua venenum
Si vomet vlterius, quis dabit arma pius?

Derthona.

Principis occasu prædatur sensus amaror;
Sed fantur lacrymæ, si pia lingua tacet.
Scilicet haud vno viduat me lampade funus;
Principis hoc omnes dum nituere faces.

Sigismundus Poloniæ Rex Moscos subigit.

Martius in Moscos, Polono milite, bellum
Rex Sigismundus, Marte furente, mouet:
Vincit,

Vincit, & expugnat; domitos Moscouia fasces
Cedit victori victa repente suos.
Vt sceptri noua iura tamen clementia sensit;
Quàm fausta & victæ numina Martis ait.

Idem parua equitum manu Turcarum ingentem exercitum trucidat.

Vt furit, vt gliscit Polonus miles, in hostem
Omine felici Thracas vt arma rotat,
Sanguine vt arua fluunt hostili? fluminis instar
Dat millena phalanx agmina parua neci?
Rex Sigismundus pugnat; sat; scilicet hostes
Numine profligat, nomine quosque fugat.

Vladislaus eius filius Poloniæ Princeps Romam anno seculari 1625. inuisit.

Procumbit deuota tibi Vrbs inclyta Roma;
Præsulis Vrbani vota secuta sui;
Tu pietate pari sacram veneraris & Vrbem,
Pontificis figens oscula sacra pedi;
Ipsa sed en tecum visa est Polonia Romæ,
Petro, quæ vouit, reddere vota suo.

Antonij Priuli Venetiarum Ducis dignitatis virtute parta.

Trophæa duodecim.

Propugnata Salaminis.

Trophæum I.

CAndentes vix prima genas lanugo colorat,
Vestijt & primum verna iuuenta decus,
Pectore magnanimo gliscit cum martius ardor,
Inter & odrysias irruis ense trabes,

Sensit

Sensit in extremis Salamis tua numina rebus,
Cyprus & incubuit iam fere capta tibi.
Ausibus egregijs cessisset adorea palmam,
Vti Gradiuo si meliore potis;
Vicisti; haud vincens tamen: hæc victoria, classem
Ingentem patria sustinuisse manu.

Vrbanorum munerum, & dignitatum.

Troph. II.

Vrbani decorant, Heros ter max me, fasces,
Vna nec splendes, Clare Priule, toga,
Inclyta nam virtus glomerat tua munere munus,
Pondere nec sentit pectora anhela graui;
En tibi procumbit Romæ nunc gloria, iactat
Ipsa etiam Decios Adria habere suos.

Insignis integritatis laus in decemuiratus maiestate.

Troph. III.

Ecce etiam Nemesis fræno insignita, Trophæis
Ludit in excelsis, Alme Priule, tuis;
Ludit, & Astræam gaudet retinere sequacem,
Gaudet, te Adriaco posse Catona solo.
Dispare laude tamen; rigidum nequit ille tenorem
Flectere; tu mites scis variare vices.

Singularis prudentia fama in Consiliarij dignitate.

Troph. IIII.

Cordatæ mentis dum scita Oracula promit
Inter purpureum lingua diserta chorum,
Hæsit, consilijs cessit sæpe Adria, prudens
In dubijs rebus facta, Priule, tuis;
Scilicet alta sapis, rerum discrimina pandis,
Noscis in incerta pergere mente via.
I nunc, & Patrum solio consiste supremo,
Semideum hic renite, qualis Apollo choro.

Vigilantia,

Vigilantia, Iustitia, & Clementia praeconia in Patauina Praefectura.

Troph. V.

Mente potens vigili, legum munimine Turres,
Inclyte, Medoaci dum patria arte tegis;
Aurea dispensas hinc æ pius otia pacis,
Et florere facis mænia Palladio;
Iam geminum felix hinc Vrbs Antenora iactat,
Prædicat inde ortum, prædicat inde decus.

Equestris dignitatis laurea in Gallica legatione.

Troph. VI.

Hocce tuis etiam egregijs Dux laudibus addis,
Vt Reges iungas, Magne Priule, Toro.
Pronubus applaudis tedis, quibus aula renidet
Gallica, & Ausonius quas iaculatur Amor.
Quæ tàm felici nascetur at auspice proles?
Alter, vt Alcides, qui fera Monstra domet.

Praestantium actionum commendatio in lati claui purpura.

Troph. VII.

Fulsisti, Antoni, Venetos Dux inter Atlantas,
Laus magna Adriacum sustinuisse polum.
Antea at alternans humeros supponere moli
Laus erat, atque oneris te variare vices:
Maxima nunc verò tibi totum incumbere pōdus,
Maximus ex multis, vt videaris Atlas.

Solers diligentia, & vigilantia in Reformatoris Patauini Gymnasij munere.

Troph. VIII.

Ipsa etiam, Princeps, ornat tibi tempora Pallas,
Et lauro, & flauas ægide cincta comas;

Scilicet

Scilicet Adriacis, vigili te Præside, Athenis
  Personuisse suos vidit Aristoteles;
En memores Musæ quæ nunc donaria sacrant,
  Haud vllo sunt hæc interitura die.

Fortitudo, & dexteritas in Prouisoris generalis Prouinciæ totius continentis.

Troph. IX.

Dum furit infestus, parmato milite, Mauros,
  Hostica, & intentat classis Ibera minas;
Tu velut hesperidum custos vigil inclytus horti
  Mænibus euigilas, Magne Priule, Draco.
Hinc seruat gladijs illæsos Adria Ciues,
  Hesperij seruans aurea poma soli.

Victoria insignibus prælijs in paludamento Imperatoris parta.

Troph. X.

Qualis Alexander fulget Pellæus [illegible]
  Talis in hostiles ense Priulus agros:
Qualis Cunctator ludit Pæna arma Quirinus,
  Talis Germanas sustinet iste acies,
Ense volat, stabilique animo cunctatur, vtrinque
  Cessit Victori gloria summa Duci:
Hæc paludata est laus, hæc est bellica virtus;
  Noscere cunctatem præcipitare moram?

Facundia in componendis externorum hostium dissidijs.

Troph. XI.

Et placidus medijs sistis caducifer armis
  Hermes facundo Maximus eloquio.
O virtus, ô magni laus heroica Ciuis,
  O vigor, ô Venetum Dux, decus, & columen.

En

En quascumque vices Patriæ fortuna reposcat,
Virtutum diues, clare Priule, subis.

Aureum Principatus Patriæ syrma.

Troph. XII.

Gemmea iam ludant cano diademata crini,
Tempora sera licet, Magne Priule, grauent,
Patria, sors, Virtus concordi incude laborum,
Industres niuea composuere manu.
Sors Patriæ, Virtus forti famulata, verendo
Struxit opus Genio sed Dea trina tuo.
Votaque plausissent olim flagrantia sceptro,
Longas sed seruit sors inimica moras.

Ad Bonifacium Card. Beuilaquam qui Torquato Tasso marmoreum sepulchrum Romæ in Ecclesia S. Honuphrij excitauit.

Torquato ponis, Princeps Generose sepulcrum
Qui lituo cecinit carmina mæonio:
Officium vates tumulo, Beuilaqua, rependit:
Concelebrant laudes maior vel ossa tuas;
Nescit olor moriens cantum dediscere; Famæ
Vatis & ignorant ossa negare sonum?

De Collegio Gallio à Ptolemæo Gallio S. R. E. Card. Nouo-Comi erecto & Patrum nostræ Congregationi curæ commisso.

Palladis instituis Comi, Ptolemæe, palæstram,
Et reuocas Musas ex Helicone bonas.
Dicere iam patriæ auctor, diuinus & Heros,
Concedit fasces inuida facta Pharos,
Musæum instruxit Rex nempe Aegyptius: ipse
Instituis Comi nobile Palladium.

Ad Antonium Mariam S. R. E. Card. Gallum qui Illyricorum Collegium Clementino nostræ Congregationis adlegit.

Dalmatiæ Pallas tibi debet plurima, Galle,
Dum Clementino est iuncta vt alumna Choro;

Sena videt fulgere sibi nam sydera fausta,
Aduersa infesto nulla Leone timet:
Lætior auspicijs Pallas iam reddita tantis,
Dalmaticum sperat se reparare decus

Ad Scipionem S. R. E. Card. Burghesium eiusdem Collegij post obitum Card. Galli electum Protectorem.

Burghesi sacrat tibi Pallas Dalmata alumnos;
Auspicijs, noscit prospera cuncta, tuis;
Namque tuo cernit sua symbola stemmate picta,
Despondet noster fausta, ait, anne Draco?

Ad Benedictum S. R. E. Card. Iustinianum qui Græci Collegij alumnos Patribus nostræ Congregationis Romæ instruendos commisit.

Quos Romam mittit bona Palladis Ellas alumnos,
Auspicio, mittit, Iustiniane, tuo;
Nam fausta vt speret tanto sub principe, Virtus
Quam sæpe experta est, Iustiniana facit.

Ad Ludouicum S. R. E. Card. Madruccium nostræ Somaschensis Congregationis Protectorem.

Auspicio defensa tuo, Ludouice, beata
Non timet aduersas Tessera nostra vices;
Virtute inuicta auersus deluditur hostis,
Hæc facit vna vices lætiùs esse bonas.
Stemmata portendunt nobis Madruccia fausta,
Re tamen hæc præstas sed, Ludouice, magis.

Ad Ludouicum de Torres S. R. E. Card. Montis Regalis eiusd. Protectorem.

Tessera quàm felix Ludouicis nostra duobus,
Auspicij nescit deseruisse vicem;

Par

Par virtus, mores, simili fortuna tenore,
Heroe in gemino prospera cuncta facit:
Vno sed distas tantum discrimine, Torres;
Ille vssit, torres corde sed igne, magis.

Ad Lanfranchum Margotium S.R.E. Card. eiusd. Protectorem.

Omina Margòti, portendis stemmate fausta;
Clarum magnanimo nempe Leone nitet.
Virtutem hinc menti impressit generosa propago,
Hæc tibi purpureum sed dedit vna decus.
Dum quàtit herculei radiantia terga Leonis,
Tela iacit Phæbus viuidiora Polo:
Ergo te gaudet dum tessera nostra Leone,
Sentiet influxus & mage læta suos.

Ad Robertum S.R.E. Card. Bellarminium anglicana scommata eludentem.

In te cerbereus fera scommata detonat Anglus;
Gloria purpurei magna, Roberte, Chori.
Nec tamen ipse taces, impura vel illa retorques,
Quid facis? hoc solùm; despuis, illa cadunt.

Ad Alexandrum S.R.E. Card. Montaltum cum augustissimum S. Andreæ Templum, Clericis Reg. qui Theatini nuncupantur, Romæ erigeret.

Largiùs incenso redolent altaria thure,
Rex cum Pellæus regia sacra litat.
Egregiè cedunt iuueni mox Regna Sabæa,
Et pendunt aris thura litata Dij.
Veriùs at vastæ molis dum splendida Templa
Ponit Alexander, fænerat illa Deo.
Prodige thesauros effusor maxime Princeps,
Prodiga non donat, mutuat illa manus.

Ad Desiderium Scaleam S. R. Ecclesiæ Cardinalem de Cremona.

Hæreseos sternis dum, Scalea magne, chelydros,
Alcides cedit clauam, & Apollo faces;
Pythona horrificum ferro nempe edomat ille,
Hydræ hic septenum præterit ille caput.
Plurimus & sacro quæritur tunc vindice Python,
Vincit & [illegible] hydra tua.

Ad Cardinalem Ludouisium, quod primus S. Ignatio Loyolæ templum Romæ posuerit.

Sacris adscriptus Fastis Ignatius amplo
Excipit in templo thura litanda Deo:
Prima illi honores indicit Roma triumphos,
Prima illi solido marmore templa laurat.
Hæc tua sed laus, Ludouisi, nobile templum
Regia at impensis fecerat ille polo.

Ad Io. Ruiz de Lacuna Senatorum Mediol. de Martyribus suæ familiæ.

Dum geminos Christo gentili è stipite flores
Surgere vernantes cerno, Lacuna, tuos;
Largius hos vero cælesti murice tinctos
Contemplor geminas & redolere rosas.
Dicere, quin dubitem, nam nobile stemma Lacuna;
Calica sed Tempe, diuaq. Pæsta gerat.

Ad Laudiuium Zacchiam Cardinalem S. Sixti.

Purpurea incingit, Zacchias, causia crines,
Inclyta quam virtus est operata, tuos;
Illi mi solùm sudabas, alme, labores,
Satq. tibi summo facta dicasse Deo;
Hinc serò, at sponte infecit sacra purpura vittam;
Dumq. alium inducis, fit color en roseus.

Ad

Ad Federicum Cornelium Cardinalem.

Purpureo ornauit virtus vbi stemmate crines,
Cæpisti & sacro luce nitere choro,
Corneli, fortuna tuum mirata decorem,
Hæsit; vibrato è lumine prorsus hebes,
Condemnans moremq. suum, tibi carbasa pandit,
Indoluit tantas continuisse moras.

Ad Franciscum S. R. E. Card. Barberinum ad Reges Galliæ, & Hispaniarum legatum à Latere proficiscentem.

Incita tartareis gliscit feralis Enyo,
Et volitat sparso crine Megæra canis.
Aegide terribili fremit Bellona per Orbem,
Vndique bacchantis Martis & æra sonant,
Sarmata, Turca, Cilix, Gallus, Germanus, Iberus,
Algenti excitur toto Aquilone phalanx;
Ast vbi Atlantiades virga minitabitur aurea
Franciscus, ponent classica & æra sonum.

Ad Marcum Antonium Burghesium Magistrum Hispaniensem, & Sulmonæ Principem, quod primus D. Isidoro Agricolæ templum in Pincijs Romæ posuerit.

Prodigis ingentes, Antoni maxime, gazas
Agricolæ Diuo vt munera sacra dices;
Illustris surgit constructi hinc machina templi,
Incipit & Diuo Roma litare tuo.
O cautus largitor opum; quæ fœnora pendent
Rura? tuos cœli scindit arator agros.

Ad Federicum Riberam, nauali Classi Ducis Oxunæ Præfectum.

Inclyte dux soluis tyrreno è littore classem,
driacas ingenti & remige verris aquas;

Diri piratæ, truculenti terror & hostis
Pugnans parmato milite vtrumq. fugas;
Ter te victorem clamat Brundusina tellus,
Terq. triumphantem, magne Ribera, videt;
His ducibus Reges quis non commendet Iberos?
Quis formidandos hostibus esse neget?

Ad Excellentissimum Oratorem Venetum & apud Summum Pontificem Clementem Octauum Franciscum Vendraminum. De eiusdem stemmate.

Qualis vernanti depingit prata colore,
Et miniat varium dedala terra sinum;
Talis multiplici distinguit discolor orbis
Et variat pictum stemma colore Domus.
Aspice namque Croci diuisum flore Hyacinthum,
Subtus lasciuit sed Cytherea rosis.
Quid ni tam viridi comis de stemmate crines,
Vendramene, parant hæc tibi serta decus?
Scilicet omen habes, tyrios despondet honores
Vt rosa, siue crocus, siue Hyacinthus auent.

Ad eundem electum Patriarcham Venetiarum antequam sacri purpurei Galeri insignibus decoraretur:

Inclyte, puniceos dum digne cingit amictus
Relligio, & capiti dat diadema tuo,
Francisce, hæc tacito ridens obmurmurat ore,
Eblandita aliud spondet & alma tibi.
Indue puniceos, cęlo iam debite, amictus;
Purpureo forsan tinget honore Charis.

Aliud.

Hic nitor in violis, quo, Vendramene, renides,
Hæc quæ præcingit sacra Tiara caput.
Annulus hic, circum digitos, qui gemmeus errat,
An non virtutis præmia digna tuæ?

Depo scit

Depoſcit Patria hæc tibi, Roma & contulit, eſſet
Et Romæ ſtudium tu,& Patriæ officium.

Aliud.

Florida per nitidi gradiens viridaria cæli
Ornat Rellìgio floribus alma ſinum,
Mox violas ſtudioſa legens, medicamine veſtes
Franciſci hoc pingam, ſic ait illa, mei,
Donec verrianti naſcentur ſtipite Vere
Gratiùs efflantes, purpureæ ve Roſæ.

Aliud.

Roma ſibi laudi, te Vendramene, quod ornet
Virtuti emerito ducit honore fore,
Vrbs mage ſed Veneta hoc tibi Ciuem cõtulit, Orbi
Dignum muneribus cum genuiſſe ferat,
Gloria num maior Venetæ conſurget? honore
An meritum parere eſt, quam decorare magis.

Aliud.

Si quot de viridi vernant tibi flemmate flores,
Tot Franciſce vago Comis honore ſinum;
Purpureo, ni fallor, eris viſendus in oſtro;
Tam nitet in claro ſtemmate grata Roſa.
Fiore vno inficitur fulgens Hyacinthina veſtis,
Quid non & viridi purpurei illa Roſa.

Aliud.

Accipe vernantem Permeſſi colle corollam,
Lætitia effuſa hæc quam legit alma cohors:
Dum tacitus miratur opes, animique nitentem
Inde facem, hac laudes eſt imitata tuas.
Interea viridis calamos Heliconis ad vmbram
Aptans, præcingis dum caput, illa canet.

Ad Sereniſſimum Ferdinandum Gonzagam Mantuæ & Montisferrati Ducem.

In Philoſophia diſputatione quam ſuſtinuit Io. Baptiſt. Robertus eodem duce auſpice.

Auſpicijs, Gonzaga, tuis, Dux inclyte, miles
Maxima Palladius prælia inire parat.

Signa hinc auspicies victricia ventilat aura,
Quæ vexilla tuo stemmate picta gerunt,
Tanto proueniet numquid sub Apolline laurus?
A tanto numquid Cæsare fausta cadent?

Aliud.

Magno Hermathenam Gonzagæ Palladis acer
Miles, signa velut classica, & arma, dicat;
Palladio instituit campo generosius & agmen;
Principis auspicijs prælia tanta parat?
O factum bene: iam concedit adorea palmam;
Pugnæ, Gonzaga & Cæsar, Apollo fauet.

Dijs Manibus Comitis Vitaliani Vicecomitis Borromei Archiep. Andrinopolitani, & apud Cæsarem Apost. Nuntij.

Occiduus langues primæuo vere iuuentæ,
Qualis sub rigido flos aquilone perit;
At lacrymis decorat mæstis Insubria, mæret
Patria, vt amisso lumine Roma dolet.
Languet honos tumulo, circumstat pallida fama,
Demissis alis gloria mœsta iacet;
Scilicet hoc vno senserunt funere funus,
Dum peris ipse, suum, Procomes alme, decus.

Aliud.

Quid tua præcidit florentis stamina vitæ,
Parca breui & demit Vitaliane decus?
Anne ibant roseo felicia vellere pensa?
Cur torquere diu noluit illa colo?
En langues, errore manus, non stamine; vitam
Tardiùs illa fuit nescia nere tuam.
Cur ita? prædata est sensus renitentis imago
Velleris, & propera hinc officiosa manus.

De stemmate Fabricij Landriani Episcopi Papien.

Quid mihi portendit sublimi vertice Turris,
Circum, & puniceus plurimus errat honos.

Explicat

Explicat insistens [illegible] Iouis ales Olympo?
Pulchrior atque [illegible] aurea margo nitet?
Demissum agnosco numinis [illegible] Præside [illegible]
Hæc sunt [illegible] symbola certa [illegible]

Aliud.

Insignis pictor, dum quod mihi [illegible] colo[illegible],
Et quæ subscribit nomina [illegible] lego;
Magnanimos [illegible] fortibus [illegible],
Tam bene conuenien[illegible] & [illegible] habent:
At tua dum virtus [illegible]
Hæc non Maiorum symbola, dico [illegible]

Aliud.

Idem hæc [illegible]
Adstat, ad æthereas vexit amica plagas.
Fabula, sed nostro non [illegible], Præsul,
Ad [illegible] ducet vis [illegible]
At cur non cælo [illegible] haustus
Mella pia cælestes ecce ministrat opes.

Ad Petrum Pazmanum, qui Pauli V. Imperio patrono Congregationis [illegible] Strigoniensis Ecclesiæ inauguratur Episcopus.

Te miseram gemimus, Pannonia, [illegible] hostis
Dogmate Caluinus, milite Turcha perit.
Indue sed lætos tandem, Pannonia, vultus,
Præsule Pazmano, nil fera tela time.
Vtranque Antistes Petrus difflabit Erynnim.
[illegible] hæc ore, sed ista prece.
Magna sodalitij Somaschæ hic gloria [illegible]
Est Heros: maior gloria [illegible]

Ad Paulum Aresium Derthon. Antistitem.

In Paulo cernis Paulum Derthona latentem,
Istius en facies, illius ore micat.

Sed

Sed facies animi, verborum fulmina; pectus
Ingens, & zelus, relligioque micant.
Felix si Paulo totam te dedis Arelo;
Num Paulo poteris, cælica facta, frui?

Ad Carolum Emanuelem Madruccium Tridentinæ Vrbis electum Episcopum, & Principem.

Sceptra, sacrum cydarim sumit Madruccius heros,
Pallade conspicuus Carolus Emanuel;
Auratum torquem dicas fulgere Tridentum,
Quem finxit vates carmine Męonius:
Cum regit implicito nexu Madruccia proles,
Te Cæli aurato sydera torque beant.

Ad Clementem Geram Laudensis Vrbis Episcopum.

In te contemplor quicquid sunt omina, Præsul,
Nomen & agnomen symbola magna ferunt.
Et dum specto animũ, quem celso pectore claudis,
En cerno geminas hic rutilare faces
Inclyta te virtus ornat Clementia Clemens,
At Geræ in forti pectore robur inest.

De Lazaro Carrafino Nouo-Comensis Vrbis Antistite, & stemmate eiusdem.

Dum videt optati Comum pia Præsulis ora,
Et lucere sibi sydera terna face;
Iam sensit redijsse sibi vaga tempora Veris,
Templaque flammanti luce nitere noua.

Ad Excellentissimum Principem *Petrum de Giron Oxunensium Ducem Neapolis Proregem Maria instructa classe excurrentem.*

Soluit victrices Aquilas, Oxunius heros,
Atque effert toto, signa timenda mari;
Protinus Odrysiæ sternuntur littore puppes,
Infensus Christi victus & hostis hebet.

Macte animo, hęc vera est. Dux inclyte, adorea ; cę-
Qui pius armatus militat, ille feret. (lum,

Ad Excellentissimum Gomezium Soarezium de Figueroa Feria Ducem apud Insubres regium Gubernatorem.

Quis neget Insubres, Figueroa principe, lætos?
Annè omen Feriæ Feria nomen habet?
Librat vt æquatæ Astræa examina lancis
Et volitat toto lex benè tuta foro?
Exulat Italico, Caluini, hoc auspice, labes,
E Volturena valle fugata solo.
Consona num veris, & nomina, & omina factis,
Insubria auspicio est num feriata bono?

De Reuerendissimi Serrani Trissini obitu qui anno sal. millesimo sexcentesimo vigesimo tertio ipso B. V. Natiuitatis die contigit.

Aurea discindunt Serrano stamina Parcæ,
Quo nata est terris cælica Virgo die;
Debuit haud aliter, casto qui pectore, vixit,
Viueret vt Cælo, decubuisse solo:
Disce obitu mutare vices, natalia, lector;
Non fato hic functus, sed rediuiuus abit.

In funere Adm. Reu. P. Andreæ Stella insignis nostræ Congregationis Theol. & Oratoris.

Auricomus radios cum vibrat Cynthius axe,
Effulgent nitido sydera nulla polo.
At vaga nocturnos peragit cum Cynthia cursus,
Depingunt radijs sydera mille Polum.
Fulgebas nobis lucenti lampade, Stella,
Præclaræ & mentis lumina mille dabas,
Amplius haud miros virtutis fundis honores,
Heu fuga dilecti luminis, heu tenebræ?
Nox erat, incæpit surgens aurora nitere:
Nam fulgent? Cælo est iam tibi clara dies.

Ad

Ad Academicos Humoristas Romæ.

Dumque quos ingenij fundit mens aurea rores,
 (Phœbi docta cohors) auris amica bibit,
Ambigo num pictor nubem bene finxerit arte,
 Oceano exceptas quæ ciet imbris aquas;
Pegaseas Heliconis aquas sapit effluus humor,
 An pro pegaseis, finxerit ille maris?
Nam fonte è dulci redit agmine dulcior imber,
 Cur non extinguent pectora anhela sitim?

Ad eosdem.

Ambigerem Oceano, fæcundo an vellere nubes
 Elata acceptas funderet imbris aquas,
Ni dulcore salem eliceret mens cauta soluto
 Carminis & docti perciperet veneres;
Quid dicam? è salsis nubes attollitur vndis,
 Vos in pegasei vertitis amnis aquas.

Ad Academicos olympicos Vincentinos.

Vicentina cohors certamina olympica præfert,
 Iam sunt Castaliæ Bacchilionis aquæ;
Gloria peruigili sudatur clara labore,
 Virtus & summo vertice montis hiat;
Hoc opus, hic labor, hic ferue, generosa iuuentus;
 Non alia est Cælo magna terenda via.

Ad Academicos Generosos Venetorum.
Cum drama tragicomicum in scenam producerent.

Dramata miraris tragico festiua cothurno,
 Quid spectasse oculis si libuisset, eras?
Hic velut in Circo scenæ tibi finge Theatrum,
 Odeum, stadium, num machinamq; vides?
Acta hæc sunt ludis Generosi dramata cœtus,
 Syrmate sed nunquam nobiliore, & ope.

In effigiem Io. Georgij Triſſini poe. & ora. celeberrimi.

Triſſinus hic ille eſt, maieſtas regia in ore
Cuius naturæ picta colore nitet.
Pitho hunc conceptum excepit, Charitesq. dederunt
Vbera; Apollo dedit, Pallas & ingenium.
Hic latio muſas docuit renitere cothurnos,
Primus & heroum dicere geſta Ducum.
Hoc ſcena Sophonisba dolet, Beliſarius armis
Liberat Heſperiam: Quanti calamo, ore potens.

In effigiem Franciſci Tridenti Aeolia & ventiductuum auctoris.

Heros effigie hac ſpirans micat ille Tridentus,
Ingenium cuius Pallas, Apollo timent,
Ventorum primus non nota hic arte coegit
Ire per anguſtos concita flabra tubos;
Vana ne ventorum decantet fabula Regem;
Qui frænat ventos Æolus ille fuit.

Ad Excellentiſſimum Poetam Dominum Facinum, de ſuo Idilio Arethuſa.

Carminibus depicta tuis Arethuſa procacem
Dum fugit Alphæum, Parthenopæa lyra;
Tam benè culta nitet, liquidas mutatur in vndas,
Vt mea prædetur pectora, picta licet:
Si nimium Alphæus cecinisset carmine, Amanti
Hæsiſſet plantis firma Arethuſa ſuis.

Ad Bartholomeum Gauantum C. R. S. Pauli Facundiſſimum concionatorem.

Dum, Gauante, iacis diuini ſemina verbi,
Et, grandi eloquio, cælica verba tonas;
Spicula ſunt cordi, ſunt iacta tonitrua cælo,
Fulgura ſunt, vero & fulmina miſſa Ioue.

Sic te miramur fundentem flumina linguæ,
Vibrantem cæli tela timemus item.

Ad Io. Baptistam Rugerium fratrem societatis Iesu. Praestantissimum concionatorem.

Mellifluui eloquij num fundis flumina, lingua,
Rugeri anne minas cælitus ore tonas?
Et timet, atque amat auditor facunda loquentem,
Mens mutat varias protea facta vices:
Eia age præstigias facias sed cælica Circe;
Ex hædo auditor cælica balet ouis.

In funere Pompei Iustiniani.

Pompeios fortuna duos iam sæua peremit;
Illum ensis, glans hunc plumbea iacta ferit:
Illum dira Pharos, hunc hospes & Adria, vtrumque
Insidijs, medio marte, sed arma necant.
Par fuit ingenium, sors æqua, & gloria, dispar
Funus, nam tumulo hic, littore at ille iacet.

In eodem.

Pallas vt extinctum Pompeium vidit inermem,
Quem glans hostilis ferrea adegit humo,
Increpitans Veneri turbato hæc lumine fatur;
Hæc ne est herois sedula cura tui?
I, solito mercare alijs ancilia amore,
In sæuo fortes desere marte Duces.

Ad R.P. Io. Baptistam e Modoetia ordinis Capucinorum Concionatorem qui in sacro monte apud Varisium sacella Sanctissimi Rosarij instituit.

Deuia per montis diuina rosaria ponis,
Oranti vt donet cælica Virgo rosas;
Montis & hoc etiam sacri fit sanctior ara,
Vepreti & mutant pulchra roseta vices.
Non ego Thebaidç lucos, speluque quæram;
Aegypte an quod habes hæc mihi tesqua dabunt.

Ad Alexandrum Crassum Senatorem Mediolan. Amplissimum.

Si mitis Nemesis, placido blandissima vultu,
Constanti fortis pectore, mente sagax:
Inclyte Alexander, tu lati gloria claui,
Hanc vnus præfers corde, vel ore geris:
Mitem animo, constantem pectore, mente disertum,
Te cerno Nemesis frena tenere manu.

Ad Io. Baptistam Coccinum Sacræ Romanæ Rotæ Auditorem Decanum de Panegirico Vincentij Tasca Congregationis Somaschensis Concionatoris.

Doctrinam Caroli docto Vincentius ore,
Fæcundi exponit lumina & ingenij:
Hoc tibi sed donatus opus Coccine, diserto,
Quàm doctè laudat, doctius atq. sacrat:
Scilicet an Diuo doctoris laurea cedat;
Iuris vt interpres censeat, ille petit.

Ad Ioannem Ciampolium Vrbano Pont. à Secretis.

Tres Diuæ summis Parnassi in montibus vna
Ciampole decertant vt tibi serta parent;
Pallas diuinæ celebrat miracula mentis,
Aurea dulcisonæ carmina Musa lyræ,
Pitho facundæ dilaudat fulmina linguæ
Quæ serto cinget nobiliore comas?
Vnam contexent, concordi fronde, corollam;
Purpurea vt velet caussa digna caput.

Ad Iosephum Laurentium de sua Polimathia.

Floribus è tantis delibas docte liquores
Laurenti; & stipas tot studiose fauos:
Vt mira aspiciam cultis aluearia scriptis
Fundere doctrinæ mella liquata mihi.
Parnassi, I, cedit, Laurenti, laurea crini;
Sedula vel sola hic expatiaris apis.

P Ad

Ad R.P. Angelum Gallum Monachum Cassinensem cum Catherina M. Brugora precibus morbo conualuit.

Brugora restituit precibus tibi, Galle, salutem,
Musarum & nobis, Angele, delicias:
Nam musis carus viuis, doctissime, cælo:
Has decorans sudas prælia multa Deo,
Carior vt nobis, tibi maior adorea cedat:
Viuere, Galle, diu Brugora te voluit.

Ad Comitem Federicum Nogarolam de suo Phrenoschemate apud Camillum de Camillis.

Pingitur in tabula reuolubilis allula, filo
Tracto componit continuoque glomum:
Hac, Federice, tuos pingis lectissime sensus,
Et Nogarolæ pectora celsa domus.
Aurea connectunt vitæ dum stamina Parcæ,
Virtutis glomeras inclyta fila tuæ.

Ad Io. Baptistam Saccum Senatui Mediol. à secretis.

Sacce, tibi docto cum Pitho sessitet ori,
Crederis & siren, Musa latina, Charis:
Dictum olim, humana in facie sermone Platonis,
Vti facundo non nisi velle Deos.
Veriùs hoc celebrat de te vir fama diserte,
Aeternis scribit Calliopeque notis,
Tullius ad superos si demigraret ab orco;
Ore tuo vellet non nisi, Sacce, loqui.

Ad R. Antonium Olgiatum Ambrosianæ bibliotechæ Præfectum.

Hic, vbi collectas Federicus Palladis vrbi
Prodigus ingenti munere seruat opes:
Præses delicium Musarum, Olgiate, serenus
Magno in Parnasso qualis Apollo sedes;
Librorum pandens regali & fœnore gazas,
Docti depromis diuitias animi:

Nobile

Nobile Musæum facit ingens copia libri;
Ipse facis custos nobile Palladium.

Ad Abbatem Cæsarem Platum de sua Prouinciarum orbis multarum lustratione.

Circuit errando terras facundus Vlysses:
Hoc, Cæsar, varia conditione facis,
Et mores hominum, studia & contraria discis,
Multiplici variæ gentis & ore loqui;
Consilij hinc plenum, sapientis pectus, & effers;
Pectore prudenti corda quot inde geris?

Ad Baldasarem Platum dum Ticini laurea doctoratus insigniretur an. 1608.

Soluisti nexus legum, dubiosq. reflexus,
Baldasar, ac visus Palladis ore loqui;
Admirans hæsit doctorum cuncta corona,
Par siquidem menti lingua diserta fuit:
I, dixit, cingens meritis tibi tempora sertis;
Soluere non leges, condere iam poteris.

Ad Horatium Villam Natalem V. M. celebrantem.

Concelebrat Mariæ natalia Horatius almæ,
Festiuus toto thura litatq. die,
Prouocat ad templum turbam, volat illa, frequensq.
Offert Nascenti munera, liba, preces:
Hinc licet angusto peragat pia vota sacello,
Grandiùs augusto concipit illa polo.

Ad Flauiam Mariam sororem Auctoris sanctimonialem.

Humanas spernis quàm prudens, Flauia, tedas,
Te sponsamq. sibi sponsus Iesus habet.
Exue lasciuum casto de pectore peplum,
Nec tegat intonsas synthesis vlla comas:
Cingas quem donat cælo Charis enthea cestum,
Et tonsos crines linea vela tegant;

Cælesti placitura magis pulcherrima Regi,
His speres festum connubiale poli.

Ad Maximilianum Homatum Medicum Excellentissimum Mediolanensem.

Crebrò Pæonio studio dum tentat Homatus
Vitales artus reddere femineci,
Et disposita colo cernunt noua stamina Parcæ,
Scindere cum vitæ pensa retorta, parant:
Ludimur, inclamant, vis iura potentior ecce
Hæc violare potest, perpetuare dies.
Viue diu felix, viuunt nam millia, Homate,
Te viuente hominum, te moriente cadent.

Ad Excellentissimumm pharmacopolam.

Quàm benè simplicium vires contemperat arte
Peonia, & miscet pharmaca docta manus.
En natura tibi cedens pudibunda resignat
Iura, & virtuti denouet illa tuæ.
Vt iuvant nocitura priùs, Mitridatis, amicum
Industri in fædus corpora mista, manu.

Ad Fabianum Iustinianum è Congregatione Oratorij S. Philippi concionatorem disertissimum & Episcopum.

Dulcia diuinis quæ libas mella viretis,
Diuini & verbi, Iustiniane, fauos,
Si sacer Orator ruptis aluearibus ipsis,
Acriùs ardenti mente liquata leget.
Quos non celestes fundet sacra lingua liquores,
Auribus è cælo dulceve manna fluet?
Ah video Christi sacro dulcore solutas
Quàm sacer Orator, te duce, reddet oues.

Ad eloquentissimum concionatorem Dominicanæ familiæ Hyppolitum Camillum Mutinensem.

Semina Diuini verbi dum cordibus inses,
Et tua diffundit lingua diserta faces,

Ipsa etiam verbis adamantina corda fatiscunt,
Cælestem & rorem pectora anhela bibunt,
Namque rapis mentem, sensus prædaris & omnes,
Inuiti tacitus qui in tua vincla ruunt:
At mihi cum Cæli pinxisti in fulgure Thomam,
Nectareum flumen, dum loquereris, eras.

De vehementia in dicendo miraque elegantia R. P. Andreæ Fossæ monasterij S. Theodori Genuen. Can. Reg. Lateran. Abbatis & Concionatoris celeberrimi.

Audit facundum Fossam Vrbs, cum tota loquentem,
Icta repercusso pectore, corde, stupet.
Scilicet attenta voces bibit aure disertas,
Atque immota velut pendet ab ore silex.
Sed stupet hoc vnum, sentit cum mellea verba,
Pectore magna tamen, fulmina, tela sonent.

Ad eruditissimum virum Martum Velserum qui librum a se Italica lingua scriptum & proprio supresso nomine editum, Auctori dono miserat.

Quid mihi, supresso misisti nomine Librum?
Exerit ille tuas, Velsere docte, faces.
Vt benè cognosti mentitæ virginis ora,
Annè stylus potuit me latuisse tuus?
Velsere, pierios latices tibi musa propinat,
Mnemosineq; hominum singula facta docet.

Ad R. P. Constantinum de Rubeis Somaschensis Congregationis concionatorem, de eius Panegyrico in laudem S. Caroli.

In Carolo violas, triplici candore, virentes,
Constantine, doces enituisse sacras,
Pingis & hinc pectus millenis floribus, vnum
Et Carolum pratum lingua diserta facit.

Vt flores totus? millena vt lumina florum,
Constantine, tuum promit & ingenium?
In violis miror violas; duo pectora, prata;
Illæ animo flagrant, ingenio hæ redolent.

Ad Io. Petrum Bimium iurisprudentiæ interpretem eximium.

Explicat implexos Bimij mens enthea nodos,
Sistit & in tuto per vada cæca gradum,
Dixeris hæc sacro deprompta oracula Phœbo;
Non legum interpres, conditor est Bimius.

Ad R. Fr. Franciscum Pisentum de nouo Ambro. Calepini dictionario hebraicis lexibus locupletato.

Dum latias voces Calepinus colligit vnus,
Romano eloquio, iam dedit ore loqui.
Doctus Iesseæ nodans vocabula linguæ
Pisentus, sacro nunc sonat eloquio.
Par labor, & patria est; non par sed gloria vtrique.
Ille hominum linguam, nos docet iste Dei.

Ad Petrum Musaum Dalmatam.

Quàm benè Francisco donas, Musæ, corollas,
Texuit in viridi quas Helicone cohors;
Musarum nam perpes honos, non sole fatiscet,
Sertaque Franciscum non peritura decent.
Dum musas, Musæ, offers, nil gratiùs offers.
Nil màge te dignum, nil màge amabilius.

Ad Philippum Casonum Genuensem I.C. celeberrimum.

Dum videt implicitas Casonum vincere lites,
Ius quodque eximio soluere & ingenio.
Mors, ait, haud quidquam conabor tendere contra,
Falx hebet, & rigida spicula nigra manu.

Quid ni ergo æternum viues, inuicte Philippe?
Virtuti cedit, mors feritura tuæ.

Ad eruditum & nob. virum Octauium Picinardum.

Dum priscos animas scriptis, Picinarde, parentes,
Et gentilitiæ stemmata auita domus,
Insignes demiror auos, stupeoque loquentem,
Et te inter proceres, cerno nitere tuos.
Sic seriem egregiam censes, & facta; sed ipse,
Te sede en positum, nobiliore lego.

Ad Clarissimum Leonardum Mocenicum Patritium Venetum.

Excelsis cum natus auis, Leonarde, nitescas,
Inclyta, & erecto pectore corda geras,
Diuitijs animum dites, quas aurea virtus,
Hauris dum tota mente lycæa, parit;
Quid Domus egregij, quid sperat Patria honoris?
Quid spectat patria de Pietate Deus?
Ominor, excelsum dant omen nomina factis:
Es leo, virtutis Nardus odora vires.

Ad eundem.

Cum Theses Romæ ex Aristotelis placitis defenderet.

Tam gratis doctas mulces concentibus aures
Pingere dum verbis docta Lycæa paras,
Expressa vt verè sapientiæ spiret imago,
Atque animata oculis viuat Aristotelis;
Vel Natura tibi, aut Pallas fuit ergo magistra;
Fallor, Aristoteles ora diserta mouet.

Ad Hieronymum Trissinum vtriusque signaturæ Referendarium.

Hieronyme, excelsæ spectans miracula mentis
Aemilia vt votis se tibi magna dicat,
Stemmata Trissineæ gentis speciosa coruscant,
His tibi quàm studijs grata Rauenna fauet:

P 4 Te

Te Musæ, Nemesisq; colunt, celebraris in Vrbe;
Quid superest? cingat causa digna comas.

Ad Erycium Puteanum qui Olympiadas sola manu computatem edito libro declarat.

Scribit Olympiadas Mundi Puteanus, & annos,
Sola, sed docta, computat atque, manu.
Tempora distinguens vt visus ὀλύμπιος esse
Igne Promethei sic ἐλέλαμπρὸς erit.

Ad Henricum Chifell'um de suo ad Senecam supplemento.

Induis vt similem, Ghifelli docte, cothurnum,
Vt Senecæ lacrymas drammate parq. cies,
Fragmina non cerno, scitè minus addita nosco;
Melpomene vtrisque est vna, nec vna dolens.
Si tua Tragædus legeret rediuiuus, & ipse
Non imitata stylum, diceret esse sua.

Ad Laurentium Frisonum Musicum Theoricum excellentissimum.

Illa nè Parnasso quæ cingis laurea crines
Inter apollineos emodulate choros;
Infanti primùm lustralis purior vnda
An tibi, Laurenti, nomina ponit aui?
Hoc puto; cũ magnum at claudat Laurentius ômen,
Ingenio partum nomen habere iuuat.
Dicere, Laurenti, laurum redimite virentem
Musa det hoc victrix emodulata melos.



EPI-

EPIGRAMMATVM Liber Tertius.

ARGVMENTI Promiscui.

De Diaconia S. Cæsarij in Palatio à Clem. VIII. P. M. Romæ restaurata.



AVrea quę ridēt structi laquearia Templi,
Quæq; operis circũ, ludit imago decus.
Cæsarij arrident, cęlo dũ regnat, honori;
Et fidei, Clemens; sunt monumenta tuæ.
Quid ni, dum diuis statuis de marmore templa,
Interea cælis hi tibi templa locant?

De laqueari eiusd. Templi Aldobrandinæ gentis insignibus exornato.

Aspice, quàm circum radient laquearia, & astris,
Lumine non cedant ęmula tecta poli.
Lactea purpureo scribit via tramite, cæli
Limen, & in sena lampade, signat iter.
Lucida vt augustant auratum sydera Templum,
Vndique vibrato lumine, candet opus.
Cæsarium hoc Templo pietas Clementis honorat,
Descriptum cordi, sic imitatur opus.

De eod.

Cernis vt aurato discurrant sydera tecto,
Qualia cum pingunt, nocte corusca polum:
Quàm varia intuitum fallant in imagine testæ,
Defluus atque auri splendor adumbret opus.

Cæsarij Templum est, quid ni cęlestia finges,
Diuus vbi vitæ sede perennat iter?
Haud fallor, prudens posuit cum talia Clemens,
Dic esse. Is cælo corde figurat opus.

De eod.

Hæc noua, quæ Templi specie blanditur imago,
Et tantum ludunt stemmata pulchra decus.
Diuitias telluris habet, lita marmora, & aurum,
Gemmas, artificis signa refecta manu.
Quæ cum distinxit formato ars dædala templo;
Thęsaurum hic dicas composuisse solum:
Fallor: tanto operi stellatus & inuidet æther,
Ne sola & tellus, sydera sena locat.

De eod. Templo & titulo restituto.

Arte laboratum, sectoque è marmore Templum,
Et titulum Clemens, innouat ecce Pater.
Hoc posita at cælo diues sic ara litabit,
Purpureo hic patri, nomina ponet item.
Cæsarius (tamen ambigua haud est optio) Templi.
Sacri sylnester, nominis hæres erit.

De prodigiosa Tyberis alluuione in reditu Clementis VIII. Ferraria in Vrbem; Anno sæculari appetente 1600.

Roma reuertentem Clementem amplecteris Vrbe,
Et sæcularis proximus Annus adest.
Altiùs attollit rorantia cornua Tybris,
Turgidus atque omni pergit abire via.
Non mirum; geminæ fluuio dant gaudia sortes,
Lætitiæ inde suæ nescit habere modum.

De pace à Petro Card. Aldebrandino impetrata.

Ingeminabat aquis Auster ferus æquore fluctus,
Et ventis nautæ carbasa nulla dabant:
Dulcis pacato nunc stat pellacia ponto,
Et soluunt nautæ lintea tuta ratis;

Nil

Nil mirum, gemini iam lucent sydere amico,
Sequana quà, Rhenus longius amne fluunt.

Humilis pagi & heremi Somaschæ descriptio.

Frugi lęta solo, florenti in valle Somaschæ,
Abdua quam lambit, villula parua, iaces.
Nobile, sed multis illustrior vrbibus effers,
Astra super cæli, villula parua, caput.
Reddita dumoso Aemiliani illustris eremo,
Nempe magis, quàm si, Roma superba fores.
Tesqua Palestinæ solùm, hoc te numine, vincunt;
Tu serui, domini hæc facta beata pede.

Inscriptio saxeo cubili Hierony. Æmilia. appositum.

Hic iacuit fessus curis, duroque labore,
Dum somno recubans Aemilianus hiat.
Discite, quàm cæli recubet nunc molliter altris,
Instrauit rigidum cui metança torum.

Alia prærupta spelunca in qua orabat apposita.

Exesa hac sub rupe Deum Aemilianus anhelans,
Entheus effudit, nocte, dieque, preces.
Qui venis, horrentem saxo venerare recessum,
Et circumspectans horrida tesqua cole.

De Eremo Camaldulensium Heremitarum Tusculi Paulo V. annuente, & fauente ædificato.

In cellas distincta suas pia fabrica monte
Assurgit, per te, Paule, & Eremus erit.
Sola Deoque, sibique vacet Camaldula proles,
Nullus eremicolæ hoc cultior Orbe locus;
Paule, Palestinam reuocas vt prouide Romam,
Tellus Auspicio, & Tuscula facta, tuo.

Victoria

Victoria Maximiliani Boiorum Ducis.

De Federico Co. Palatino parta Dom 22. post Pent. quo die Euangelium Reddite qua sunt Casaris Cas. &c. Romana legit Ecclesia.

Cæsaris aggreditur Dux Boioarius hostes
Inclytus, auspicio sed prius arma capit;
Felix & niueis concessit adorea pennis,
Raptaque restituit regna Boema duci:
Quæris quàm fausto conceperit omine palmam?
Hoc mysta intonuit dum sacra liba litat.

Legatus à Rege Congi Romam ad Paulum V. missus biduo moritur.

Immensos terræ tractus emensus, & æquor,
Conganus flauum sistitur ad Tyberim,
Excipit hunc Paulus romana in mænia Quintus,
Vix sacra felix Vrbe triumphat, obit:
O mirum omen; eras addicta en victima cælo,
Hoc, Congum totum, funere, Roma sacrat.

De Munimento ad arcendos è limine Italia barbaros tutissimo à Petro Enriquez Azeuedio Fontium Comite ad Larium lacum extructo quod vulgo Forte Fuentes dicitur.

Fortia barbaricis opponit mænia monstris,
Larius in Rhætos quà patet amne lacus,
Azuedius Fontis Comes hostes inclytus arcet,
Extructa forti longius arce, feros:
Rhætia vincta gemit; Tellus hinc Itala gaudet,
Egregio sospes libera facta Duce.

De portentosa Piuri Vallis-Clauena oppidi euersione.

Horribili sonitu tellus concussa Piuri
Hiscit, & illius mænia lapsa ruunt

Æthere

Æthere mille volant concussi fragmina montis,
Horrendùm Vallis mota fragore sonat;
O portentum immane; solum succumbit hiatu,
Hæresis & pressum pondere stare nequit;
Tu tamen admonita haud dediscis, Rhetia, mores,
Et contra Cælum durior arma paras?

Vallis Tellina pro aris & focis contra Rhetos arma capessit.

Quàm pia, tam fortis, rigida ceruice repellit
Volturena potens hæresis alma iugum,
Sese tam aream, vt contra post armet Erinnys,
Romano iuri deuouet arma, solum.
Gregori at ista tibi Pastor laus Maxime restat:
In decimi & quinti nomine vt omen habes?

Infelix exitus matronæ Rheticæ prostitutæ.

Anguiferi dum iuncta fui Ducis vna cubili,
Vixi inter Bromium casta, pudica, tamen.
Rheticus at postquam decepit amasius, omni
Inuita heu prostor, iam Lupa facta, duci.
Ferali dum namque toro discedere conor,
Me male perdendam perfidus ille trahit:
Mascula qui potero post hac progignere athlantas?
Heù miseram vexat gallica dira lues.

Regis Persarum legatus ad Gregorium XV.

Barbarica pompa, facundo at persicus ore,
Romana Orator concitat Vrbe faces;
Excitat & segnes Othomanica in agmina ciues,
Inque feros hostes fœdus inire parat,
Gregorius Summus Pastor miratur, & hæret;
Barbara nam Pitho cælica visa loqui.

Maximilianus

Maximilianus Boiorum Dux.

Victoria de hostibus Imperij parta Elector & Dapifer Cæsaris electus legationem ad eundem decernit.

Inclyte pugnanti tibi cessit adorea, princeps;
Hostes Imperij dum tua dextra domat,
Maxima victori donatur laurea summo;
Elector, Dapifer Cæsaris esse datur.
Tu tamen à summo vis Præsule præmia; namque
Cælica, qui cælo militat, esse cupit.

De columna à Paulo Quinto ad Præsepe Christi Domini translata.

Virginis effigiem sublimi vertice sacram
Deiecto è templo magna columna gerit:
Quàm benè perpurgas ruderati marmora templi
Quæq. fuere diu, Paule, profana sacras;
Aeterni fregit; deluso Dæmone, templi
Iessæus, nascens virgine, fata puer:
Huius vis sacris famulari fragmina cunis,
Palladis & veræ, Paule, trophæa locas.

Gonzaga Niuernensium Dux equestrem ordinem conceptionis B.V. auspice Vrbano Octauo Pont. Max. instruit.

In sæuos hostes concitur Tessera Turchas,
Fortis & equoreas remige verrit aquas,
Emicat in Labaro cęli sine labe Virago,
Lęta Deo soboles quæ paritura Deum;
Gonzagæ hanc gentis Niuers Dux instruit heros,
Auspice & Vrbano Præsule in arma ruit:
Omine quid tanto non speres, inclyte miles?
Bellonæ an tantæ, numine, tutus eris?

Eodem

Eodem Pontif. Max. fautore Catholicæ Fides in Vulturena elusis Caluinismi propugnatoribus Rhætis seruatur illæsa.

Vulturena, luem Caluini pellis acerbam,
Ingeminare faces dira Megera parat;
Hostibus illæsam sæuis sed vindicat Vrbis
Vrbanus Præsul, Vrbis, & Orbis amor:
Sic licet infendat Caluini impurus athleta;
Vera tamen Christi dogmata corde tenes.

De eod. Pontif. Max. sacras sæculares expiationes, quas Iubilæum dicimus, Anno à Christo nato 1625. indicente.

Vrbanus referat diuina aluearia cæli,
Vt sæcularis lætior Annus eat,
Clauibus hinc Petri magno super æthra volatu
Largius Vrbani, mellificatis apes.

De victoria inuictissimi Ducis Tilly, De Dania Rege cælesti signo prænunciata an. 1626.

Germano parma ta acies fremit inclyta campo,
Quam pius ætherea Tillius armat ope:
Peltatæ ex alia regis stant parte phalanges:
Alea Gradiui nutat vtrinque ferè;
Aethere sed sudo, proh mirum, flammeus ensis,
Obuersa in cimbros cuspide, nocte micat:
Classica mane sonant: pugnatur; Danica cedit:
Scilicet à cælo Tillius arma capit.

Obitus Bartholomæi Georgij Abbatis S. Barbaræ dum sacrum operatumus orat in æde S. Syluestri in monte Quirinali ann. 1613.

Orans effundis fragrantia corda, Georgi,
Vt sacra deuotus liba litare pares;
Aestu diuino sed protinus illa liquantur;
Hinc anima ad cælos libera facta volat:

Non

Non igitur vitæ secuerunt stamina Parcæ;
Icit cælestis fulmine pectus amor.

De admirabili fonte qui D. Aemiliani Congregationis Somascha fundatoris precibus erupit.

Plena Deo,& sitibunda Dei dum concipit haustus
Vertice mens montis, Aemiliane, tua.
Sicca siti arescunt etiam pia pectora, at vndæ,
Opportuna nequit pocula ferre silex;
Sed tamen hæc precibus dulces distillat in vndas
Et fluit in guttas, fonte repente, tuis.
Sic mens ne æthereos latices sitibunda relinquat,
Ori sicca silex ipsa ministrat aquam.

De Sacro Monte Varalli.

Qui sæuum dulcis meditaris funus Iesu,
QuæSolime ingrata passus & vrbe Deus:
Sacri consistas sublimi, hoc vertice, montis,
Hic oculis casus, hic lege corde feros.
Mons tibi dum pingit crudelia facta Varalli,
Hoc ne Palestina est terra beata iugo?

De Augustino Conturbio Pratore.

Candidus exponit leges Conturbius, illo
Astræam nullus candidiùs ve colit;
Castiùs aut librans æquatæ examina lancis
Iura sui seruat candidiora fori;
Omen si præfert igitur Conturbius vllum;
Conturbat iusto non nisi iure malos.

De obitu Francisci Franchetti Bergo. Cler. R. Congregationis Som. qui Romæ obijt fama sanctitatis.

Fixa tenens vibrata obitu cælestia cordi
Spicula Franchettus pectore languet amans;
Ast ardens tormenta sitit, pro nomine Iesu
Exuri & stygio fortiùs igne cupit.

Sic

Sic pia dum cæli torrentur corda calore,
Ignea facta Deo victima tota obijt.

De Pio viro Ludouico Mazenta patricio Mediol.

Vt viuat Mazenta Deo, sibi spectra secantis
Proponit Parcæ stamina vbiq; feræ.
Illa hinc diuini iaculantur spicula amoris,
Et cogunt toto spernere corde solum.
Continuo & viuens moritur, moriendoq. viuit:
Vita sed hęc demum discere vera mori.

Tumulus Ven. Sacerdotis Bartholomei Homati Patritij Mediol. qui sanctitatis opinione obijt.

Qui cælo vixit, funebri hoc marmore Homatus
In cælo viuens ossa reposta tenet:
Purpureas disperge rosas tu largiùs hospes,
Candida plaudenti lilia sparge manu:
Sensibus edomitis huic fulget adorea duplex,
Purpurat hinc sensu; candicat inde animo.

De Pio viro Alexandro Luzago Brixiensi Patricio D. Caroli Borromei hospite.

Cælestes Luzage coquis corde entheus ignes,
Concipis & sensus Pectore mente pios;
Hinc stupet ardentem cælum te Brixia tota,
Pectoris ingentes & pietate faces.
Ebrius à Caroli hospitio conuiuia recedis;
Philtra propinantis scilicet alta bibis.

De Pia fœmina Angela Mericia Salodiensi.

Angela cum socijs dum Virgo meridiat alma,
Conditum & mensæ dum pia cernit olus,
Vernanti sentit redolentes caudice odores,
Excita hinc cupidam plurima orexis habet:

Fræna gulæ at ponit, mirum? dum feruet orexis
Puluere & aspersum conficit oxibaphum.
A sapido tibi sat fuit abstinuisse Polemon;
Tam male quid sapidum sustinuisse fuit?

De Venerabili viro Gellio Ghelino Vicentinæ Vrbis Religiosissimo Sacerdote.

Procumbit, Gheline, tibi Vicentia tota;
Istud Virtutis dant monumenta tuæ;
Acceptum venerata decus nam reddit honores,
Magno quos patriæ penderet illa Patri;
Igneq. diuino vt vidit flagrantia corda,
Deuoto illa itidem flagrat amore tui.

De Ven. Sacerdote Vincentio Tratto C.R. Congreg. Somasc. dono lacrymarum insigni.

Soluitur æthereo dum orat Vincentius oestro,
Assiduèq. oculis purior vnda cadit:
Cordis apes imò cælestes nectara stipant,
Scilicet & flammas sufficit intus amor;
Igne hinc diuino sensim calefacta liquantur,
Exprimit æthereum singula gutta fauum.

De Ven. Sacerdote Io. Scotto Congregationis Somaschæ cuius in obitu fama est æra campana sponte miro portento Cremonæ insonuisse.

Carcere dimissus Scotti dum spiritus, astra
Præpes conatu liberiore petit;
Sponte sua campana sonant plaudentia æra,
Aethra per, alterno verbere, pulsa fremunt:
Hæres quid miro portento quatefacta, Cremona;
Sensere angelicum scilicet illa melos.

ELOGIA

ELOGIA NOVEM ORDINVM Clericorum Regularium, qui à Pijs viris instituti sunt.

Ad R. P. Mauritium de Domis Præp. Generalem Congregationis Somaschæ.

De Congregatione Clericorum Regularium Boni Iesu, Rauenna instituta anno 1504.

IN clero quæ prima Phalanx celestia adornat
Castra, Bono, & Iesu candida signa notat,
Militat, æthereis inhians certamine palmis,
Et sudat terris præmia digna polo:
Quàm benè, dum cordi inscribit pia nomina Iesu,
Sentit militiæ dulce in agone iugum.

De Congregatione Clericorum Regularium, qui Theatini dicuntur auctore Caietano Thienæo anno 1524.

Mira, Thieneo duce, celo militat armis
Iustitiæ, & fidei caside tuta Phalanx;
Fisa Deo despectat opes, & terrea spernit,
Et nitet in clero lucida gemma sacro:
Nobilis exudat variæ certamina arenæ,
Et calamo, & factis, ore diserta, docet.

De Congregatione Clericorum regularium S. *Pauli auctoribus Francisco Maria Zaccharia Francisco Morigia, & Bartholomeo Ferrario anno sal.* 1526.

Vexillum Pauli erexit Tharsensis, Iesu
Militet in castris vt clypeata phalanx;

Hinc in suggestu, flagranti à milite, sæpe
  Diuini verbi fulgura, tela, tonant.
Hinc Pectus, zelusq. Ducis viget ardor in ista,
  Et clerus Paulos viuere gaudet adhuc.

Societas Iesu auctore S. *Ignatio de Loiola an. sal.* 1540.

Militiam cælo feruens Ignatius armat,
  Quæ Christum inscriptum, pectore, corde, gerit
Cernimus inde Deo feruere ardentia corda,
  Sacra à militibus classica vbique cani.
Heroum cætus, quòcunque vt portet Iesum,
  Missa velut cælis enthea flamma volat.

De Congregatione Clericorum Regularium Somascha auctore Hieronymo Aemiliano Patritio Veneto an. sal. 1532.

Militia in sacra vario certamine sudat
  Vires exertans Aemiliana cohors.
Vilia nec spernit, nec grandia munia vitat,
  Omni in conflictu, milite prompta, micat:
Omnia pensa tamen peragens dulcissima Iesu
  Pondera in infracto læta labore putat.

Congregatio Clericorum Regularium ministrantium infirmis auctore Camillo de Lellis an. sal. 1586.

Infirmis vernas diuino flammeus æstu
  Christi in militia, magne Camille, paras:
Terrea non solum hi; sed cælica philtra propinant;
  Præbetur medica bina salus q; manu.
Non hos pæoniam docet Aesculapius artem,
  Cælica sed dictat pharmaca dia Charis.

Con-

Congregatio Clericorum Regularium minimorum Auctoribus Augustino Adorno, Augustino, & Faustino Caraciolis an. sal. 1588.

Ex minimæ titulo discas quàm grandia cælo,
Militia hac ponat parta trophæa, phalanx;
Siue acie in prima sæuum confligat in hostem,
Bellantum stipans vltima siue latus,
Hinc clerus minimæ debet sed multa cohorti:
Cur minima & factis maxima si egregijs?

Congregatio Clericorum regularium Matris Dei Auct. Ioanne de Leonardis, Io. Baptista Leone, & Cæsare Franciotto an. sal. 1595.

Quæ Matri deuota Dei pia pectora sacrat,
Milite quàm forti, tessera lecta micat?
Reginæ famulatur amans, sponsæq. Tonantis,
Gratam militiam quis neget esse Deo?
Numine cælesti dux illi cælica Pallas,
Quis telis, armis, fortia castra neget?

Congregatio Clericorum Regularium Scholarum piarum auct. Iosepho Calasanco, & Petro Casaneo an. 1616.

Militat hæc Christo, cælestis Palladis armis,
Doctrina, plebis dum colit ingenia:
Exedram erexit Pietas, sapientia largè
Doctoriq. pio dia profundit opes.
Hinc regit vnus Amor cæli gymnasia præses,
Exedraq. sedet cælicus vnus Amor.

De obitu Marci Angeli Gambarana Somascha Congregationis Præpositi Generalis.

Viribus elanguens; animo sed viuidus orat,
Gambarana polum pectore, mente, sitit,
Et pia sydereos dum mens depascitur haustus,
Nectara & æthereus dia propinat Amor,

Se se anima effudit nimio dulcore soluta;
Et libuit Parcas anticipasse suas:
O felix obitus: laudi qui vixit, & astris,
Non alio poterat decubuisse toro.

De Vincentio Gambarana Sacerdote Congregationis Somasca, quo hortante claudus inter sacra lasum flexit genu.

Hortatum cæli plenus Vincentius oestro
Inflectat claudus, mente precante, genu;
Flectere causanti vitium mox imperat, ille
Paret, fit, mirum, flexile sponte genu.
O pieas, ò magna Deo fiducia, disce,
Possit in ardenti quid pia corde fides.

Ad Euangelistam Auratum Præpositum Generalem Congregationis Som.

Deducis lucenti, Aurate, agnomen ab auro;
Non gentile tamen, dixeris esse tuum.
Sit aurum elucens, nihil est pretiosius illo;
Et probat esse aurum malleus, ignis edax;
Quàm benè concordant, Aurate, & symbola rebus;
Aurea in aurato pectore corda geris.

De obitu Cæsaris Card. Baronij, quem pluries prædixit.

Dum tua, Baroni, bis sena volumina compleς,
Doctus & excurrit sæcula multa stylus;
Ipse dec a sæclo, cui postera secula debent,
Cuius virtuti secula nulla satis;
Quàm malè rescindit vitæ fera stamina Parca,
Vita cui nunquam longior vlla satis;
Inclyte Baroni, tamen omnia secula viues;
Tam benè qui cecinit, non morietur olor.

De

De obitu Roberti Card. Bellarmini festo die Stigmatum Seraphici B. P. Francisci vt prædixerat.

Suspirat languens cum Bellarminus I E S V M,
Et pertæsa soli mens cupit alta Polum;
Vt cupit, emoritur, quo Christi saucia quino
Stigmate F R A N C I S C I corda fuere die.
Dicere quis dubitet diuino vulnere Iesu
Confossum pectus decubuisse pium?
Hunc etiam Cæli pharetratus vulnerat ales,
Intorquens ergo spicula dia manu:
Et vita hoc meruit, meruerunt aurea scripta;
Debuit an I E S V non nisi amore mori?

De Aggere Mobili, quem Dichum Belgæ appellant seu machinis bellicis, quas Salsicicias vocant à. Com. M. Antonio Trissino in obsidione Ostendæ authore.

Haud satis est Batauo Hispanos depellere Marte
Mœnibus Ostendæ, sed ciet Oceanum,
Neptunumque vocat, Nerei mouet agmina contra,
Sæpius obruitur miles Iberus aquis:
Itala sed virtus, quid non potes inclyta, quid non,
Et magnum gentis Trissineæ ingenium?
Mobilis, en, contra Pontum stat machina, Dichus,
Cogitur hinc tumidas vertere fractus aquas.

De flore Granadila ex India in Italiam deuecto.

Floscule, qui Domini seruas monumenta doloris?
Ferre potes tantas, qui Granadila notas?
Tanta ne natiuo pinxit natura colore?
Monstra ne naturæ dira colorat acus?
Angelicæ ne manus? An Cynthius, ora
Auertit Solyma cum gemebunda fera?
Vt libet: at scribens mea crimina frondibus, inquis,
Corde hæc debueras, fronde notata lege.

 De Bi-

Maximilianus Boiorum Dux.

Victoria de hostibus Imperij parta Elector & Dapifer Cæsaris electus legationem ad eundem decernit.

Inclyte pugnanti tibi cessit adorea, princeps;
Hostes Imperij dum tua dextra domat,
Maxima victori donatur laurea summo;
Elector, Dapifer Cæsaris esse datur.
Tu tamen à summo vis Præsule præmia; namque
Cælica, qui cælo militat, esse cupit.

De columna à Paulo Quinto ad Præsepe Christi Domini translata.

Virginis effigiem sublimi vertice sacram
Deiecto è templo magna columna gerit:
Quàm benè perpurgas ruderati marmora templi
Quæq. fuere diu, Paule, profana sacras;
Aeterni fregit, deluso Dæmone, templi
Iessæus, nascens virgine, fata puer:
Huius vis sacris famulari fragmina cunis,
Palladis & veræ, Paule, trophæa locas.

Gonzaga Niuernensium Dux equestrem ordinem conceptionis B.V. auspice Vrbano Octauo Pont. Max. instruit.

In sæuos hostes concitur Tessera Turchas,
Fortis & equoreas remige verrit aquas,
Emicat in Labaro cęli sine labe Virago,
Lęta Deo soboles quæ paritura Deum;
Gonzagæ hanc gentis Niuers Dux instruit heros,
Auspice & Vrbano Præsule in arma ruit:
Omine quid tanto non speres, inclyte miles?
Bellonæ an tantæ, numine, tutus eris?

Eodem Pontif. Max. fautore Catholicæ Fidei in Vulturena elusis Caluinismi propugnatoribus Rhætis seruatur illæsa.

Vulturenã, luem Caluini pestis acerbam,
Ingeminare faces dira Megera parat;
Hostibus illæsam sæuis sed vindicat vnus
Vrbanus Præsul, Vrbis, & Orbis amor:
Sic licet infrendat Caluini impurus athleta;
Vera tamen Christi dogmata corde tenes.

De eod. Pontif. Max. sacras sæculares expiationes, quas Iubilæum dicimus, Anno à Christo nato 1625. indicente.

Vrbanus reserat diuina aluearia cæli,
Vt sæcularis lætior Annus eat,
Clauibus hinc Petri magno super æthra volatu
Largius Vrbani, mellificatis apes.

De victoria inuictissimi Ducis Tilly. De Dania Rege cælesti signo prænunciata an. 1626.

Germano parma ta acies fremit inclyta campo,
Quam pius æthereæ Tillius armat ope:
Peltatæ ex alia regis stant parte phalanges:
Alea Gradiui nutat vtrinque feri;
Aethere sed sudo, proh mirum, flammeus ensis,
Obuersa in cimbros cuspide, nocte micat:
Classica mane sonant: pugnatur; Danica cedit:
Scilicet à cælo Tillius arma capit.

Obitus Bartholomæi Georgij Abbatis S. Barbaræ dum sacrum operaturus orat in æde S. Syluestri in monte Quirinali ann. 1613.

Orans effundis fragrantia corda, Georgi,
Vt sacra deuotus liba litare pares;
Aestu diuino sed protinus illa liquantur;
Hinc anima ad cælos libera facta volat:

Non

Non igitur vitæ secuerunt stamina Parcæ;
Icit cælestis fulmine pectus amor.

De admirabili fonte qui D. Aemiliani Congregationis Somaschæ fundatoris precibus erupit.

Plena Deo,& sitibunda Dei dum concipit haustus
Vertice mens montis, Aemiliane, tua.
Sicca siti arescunt etiam pia pectora, at vndæ,
Opportuna nequit pocula ferre silex;
Sed tamen hæc precibus dulces distillat in vndas
Et fluit in guttas, fonte repente, tuis.
Sic mens ne æthereos latices sitibunda relinquat,
Ori sicca silex ipsa ministrat aquam.

De Sacro Monte Varalli.

Qui sæuum dulcis meditaris funus Iesu,
Quæ Solime ingrata passus & vrbe Deus:
Sacri consistas sublimi, hoc vertice, montis,
Hic oculis casus, hic lege corde feros.
Mons tibi dum pingit crudelia facta Varalli,
Hoc ne Palestina est terra beata iugo?

De Augustino Conturbio Pratore.

Candidus exponit leges Conturbius, illo
Astræam nullus candidiùsve colit;
Castiùs aut librans æquatæ examina lancis
Iura sui seruat candidiora fori;
Omen si præfert igitur Conturbius vllum;
Conturbat iusto non nisi iure malos.

De obitu Francisci Franchetti Bergo. Cler. R. Congregationis Som. qui Romæ obijt fama sanctitatis.

Fixa tenens vibrata obitu cælestia cordi
Spicula Franchettus pectore languet amans;
Ast ardens tormenta sitit, pro nomine Iesu
Exuri & stygio fortiùs igne cupit.

Sic

Sic pia dum cæli torrentur corda calore,
Ignea facta Deo victima tota obijt.

De Pio viro Ludouico Mazenta patricio Mediol.

Vt viuat Mazenta Deo, sibi spectra secantis
Proponit Parcæ stamina vbiq; feræ.
Illa hinc diuini iaculantur spicula amoris,
Et cogunt toto spernere corde solum.
Continuo & viuens moritur, moriendoq. viuit:
Vita sed hęc demum discere vera mori.

Tumulus Ven. Sacerdotis Bartholomei Homati Patritij Mediol. qui i sanctitatis opinione obijt.

Qui cælo vixit, funebri hoc marmore Homatus
In cælo viuens ossa reposta tenet:
Purpureas disperge rosas tu largiùs hospes,
Candida plaudenti lilia sparge manu:
Sensibus edomitis huic fulget adorea duplex,
Purpurat hinc sensu, candicat inde animo.

De Pio viro Alexandro Luzago Brixiensi Patritio D. Caroli Borromei hospite.

Cælestes Luzage coquis corde entheus ignes,
Concipis & sensus Pectore mente pios;
Hinc stupet ardentem cælum te Brixia tota,
Pectoris ingentes & pietate faces.
Ebrius à Caroli hospitio conuiuia recedis;
Philtra propinantis scilicet alta bibis.

De Pia fœmina Angela Mericia Salodiensi.

Angela cum socijs dum Virgo meridiat alma,
Conditum & mensæ dum pia cernit olus,
Vernanti sentit redolentes caudice odores,
Excita hinc cupidam plurima orexis habet:

Fræna gulæ at ponit, mirum? dum feruet orexis
Puluere & aspersum conficit oxibaphum.
A sapido tibi sat fuit abstinuisse Polemon;
Tam male quid sapidum sustinuisse fuit?

De Venerabili viro Gellio Ghelino Vicentinæ Vrbis Religiosissimo Sacerdote.

Procumbit, Gheline, tibi Vicentia tota;
Istud Virtutis dant monumenta tuæ;
Acceptum venerata decus nam reddit honores,
Magno quos patriæ penderet illa Patri;
Igneq. diuino vt vidit flagrantia corda,
Deuoto illa itidem flagrat amore tui.

De Ven. Sacerdote Vincentio Trotto C.R. Congreg. Somasc. dono lacrymarum insigni.

Soluitur æthereo dum orat Vincentius oestro,
Assiduèq. oculis purior vnda cadit:
Cordis apes imò cælestes nectara stipant,
Scilicet & flammas sufficit intus amor;
Igne hinc diuino sensim calefacta liquantur,
Exprimit æthereum singula gutta fauum.

De Ven. Sacerdote Io. Scotto Congregationis Somaschæ cuius in obitu fama est æra campana sponte miro portento Cremonæ insonuisse.

Carcere dimissus Scotti dum spiritus, astra
Præpes conatu liberiore petit;
Sponte sua campana sonant plaudentiàs æra,
Aethra per, alterno verbere, pulsa fremunt:
Hæres quid miro portento quatefacta, Cremona;
Sensere angelicum scilicet illa melos.

ELOGIA

ELOGIA NOVEM ORDINVM Clericorum Regularium, qui à Pijs viris instituti sunt.

Ad R. P. Mauritium de Domis Præp. Generalem Congregationis Somaschæ.

De Congregatione Clericorum Regularium Boni Iesu, Rauennæ instituta anno 1504.

IN clero quæ prima Phalanx celestia adornat
Castra, Bono, & Iesu candida signa notat,
Militat, æthereis inhians certamine palmis,
Et sudat terris præmia digna polo:
Quàm benè, dum cordi inscribit pia nomina Iesu,
Sentit militiæ dulce in agone iugum.

De Congregatione Clericorum Regularium, qui Theatini dicuntur auctore Caietano Thienæo anno 1524.

Mira, Thieneo duce, celo militat armis
Iustitiæ, & fidei caside tuta Phalanx;
Fisa Deo despectat opes, & terrea spernit,
Et nitet in clero lucida gemma sacro:
Nobilis exudat variæ certamina arenæ,
Et calamo, & factis, ore diserta, docet.

De Congregatione Clericorum regularium S. P*auli auctoribus Francisco Maria Zaccharia Francisco Morigia, & Bartholomeo Ferrario anno sal.* 1526.

Vexillum Pauli erexit Tharsensis, Iesu
Militet in castris vt clypeata phalanx;

Hinc in suggestu, flagranti à milite, sæpe
Diuini verbi fulgura, tela, tonant.
Hinc Pectus, zelusq. Ducis viget ardor in ista,
Et clerus Paulos viuere gaudet adhuc.

Societas Iesu auctore S. *Ignatio de Loiola an. sal.* 1540.

Militiam cælo feruens Ignatius armat,
Quæ Christum inscriptum, pectore, corde, gerit
Cernimus inde Deo feruere ardentia corda,
Sacra à militibus classica vbique cani.
Herodum cætus, quòcunque vt portet Iesum,
Missa velut cælis enthea flamma volat.

De Congregatione Clericorum Regularium Somascha auctore Hieronymo Aemiliano Patritio Veneto an. sal. 1532.

Militia in sacra vario certamine sudat
Vires exertans Aemiliana cohors.
Vilia nec spernit, nec grandia munia vitat,
Omni in conflictu, milite prompta, micat:
Omnia pensa tamen peragens dulcissima Iesu
Pondera in infracto læta labore putat.

Congregatio Clericorum Regularium ministrantium infirmis auctore Camillo de Lellis an. sal. 1586.

Infirmis vernas diuino flammeus æstu
Christi in militia, magne Camille, paras:
Terrea non solum his; sed cælica philtra propinant;
Præbetur medica bina salusq; manu.
Non hos pæoniam docet Aesculapius artem,
Cælica sed dictat pharmaca dia Charis.

Con-

Congregatio Clericorum Regularium minimorum Auctoribus Augustino Adorno, Augustino, & Faustino Caraciolis an. sal. 1588.

Ex minimæ titulo discas quàm grandia cælo,
Militia hac ponat parta trophæa, phalanx;
Siue acie in prima sæuum confligat in hostem,
Bellantum stipans vltima siue latus,
Hinc clerus minimæ debet sed multa cohorti:
Cur minima & factis maxima si egregijs?

Congregatio Clericorum regularium Matris Dei Auct. Ioanne de Leonardis, Io. Baptista Leone, & Cæsare Franciotto an. sal. 1595.

Quæ Matri deuota Dei pia pectora sacrat,
Milite quàm forti, tessera lecta micat?
Reginæ famulatur amans, sponsæq; Tonantis,
Gratam militiam quis neget esse Deo?
Numine cælesti dux illi cælica Pallas,
Quis telis, armis, fortia castra neget?

Congregatio Clericorum Regularium Scholarum piarum auct. Iosepho Calasanes, & Petro Casanio an. 1616.

Militat hæc Christo, cælestis Palladis armis,
Doctrina, plebis dum colit ingenia:
Exedram erexit Pietas, sapientia largè
Doctoriq. pio dia profundit opes.
Hinc regit vnus Amor cæli gymnasia præses,
Exedraq. sedet cælicus vnus Amor.

De obitu Marci Angeli Gambaranæ Somascha Congregationis Præpositi Generalis.

Viribus elanguens; animo sed viuidus orat,
Gambarana polum pectore, mente, sitit,
Et pia sydereos dum mens depascitur haustus;
Nectara & æthereus diæ propinat Amor;

Se se anima effudit nimio dulcore soluta;
Et libuit Parcas anticipasse suas:
O felix obitus: laudi qui vixit, & astris,
Non alio poterat decubuisse toro.

De Vincentio Gambarana Sacerdote Congregationis Somasca, quo hortante claudus inter sacra lasum flexit genu.

Hortatur cæli plenus Vincentius oestro
Inflectat claudus, mente precante, genu;
Flectere causanti vitium mox imperat, ille
Paret: fit, mirùm, flexile sponte genu:
O pietas, ò magna Deo fiducia, disce,
Possit in ardenti quid pia corde fides.

Ad Euangelistam Auratum Præpositum Generalem Congregationis Som.

Deducis lucenti, Aurate, agnomen ab auro;
Non gentile tamen, dixeris esse tuum.
Fit, gurat elucens, nihil est pretiosius illo;
Et probat esse aurum malleus, ignis edax;
Quàm benè concordant, Aurate, & symbola rebus;
Aurea in aurato pectore corda geris.

De obitu Cæsaris Card. Baronij, quem pluries prædixit.

Dum tua, Baroni, bis sena volumina comples,
Doctus & excurrit sæcula multa stylus;
Ipse decus sæclo, cui postera secula debent,
Cuius virtuti secula nulla satis;
Quàm malè rescindit vitæ fera stamina Parca,
Vita cui nunquam longior vlla satis;
Inclyte Baroni, tamen omnia secula viues;
Tam benè qui cecinit, non morietur olor.

De obitu Roberti Card. Bellarmini festo die Stigmatum Seraphici B. P. Francisci vt prædixerat.

Suspirat languens cum Bellarminus IESVM,
Et pertæsa soli mens cupit alta Polum;
Vt cupit, emoritur, quo Christi saucia quino
Stigmate FRANCISCI corda fuere die.
Dicere quis dubitet diuino vulnere Iesu
Confossum pectus decubuisse pium?
Hunc etiam Cæli pharetratus vulnerat ales,
Intorquens ergo spicula dia manu:
Et vita hoc meruit, meruerunt aurea scripta;
Debuit an IESV non nisi amore mori?

De Aggere Mobili, quem Dichum Belgæ appellant seu machinis bellicis, quas Salsicias vocant à Com. M. Antonio Trissino in obsidione Ostendæ authore.

Haud satis est Batauo Hispanos depellere Marte
Mænibus Ostendæ, sed ciet Oceanum,
Neptunumque vocat, Nerei mouet agmina contra,
Sæpius obruitur miles Iberus aquis:
Itala sed virtus, quid non potes inclyta, quid non?
Et magnum gentis Trissineæ ingenium?
Mobilis, en, contra Pontum stat machina, Dichus,
Cogitur hinc tumidas vertere fractus aquas.

De flore Granadila ex India in Italiam deuecto.

Floscule, qui Domini seruas monumenta doloris?
Ferre potes tantas, qui Granadila notas?
Tanta ne natiuo pinxit natura colore?
Monstra ne naturæ dira colorat acus?
Angelicæ ne manus? An Cynthius, ora
Auertit Solyma cum gemebunda fera?
Vt libet: at scribens mea crimina frondibus, inquis,
Corde hæc debueras, fronde notata lege.

De Bibliotheca Ambrosiana, à Federico Card. Borromeo immensis opibus Mediolani extructa.

Immensas effundis opes, quin prodigis, Orbe,
Toto, conquiras vt Federice, libros.
Quàm benè sed læta surgit sapientia fronte,
Et Mediolano, Cælica Pallas ouat.
Iam cedit, Bibliotheca Phari, Bizantia cedit,
Nec meliùs colitur sacra Mineruа loco.
Hæc tua sed laus, reparas, Federice, Studitas,
Extinxit Cæsar quicquid & igne Leo.

De Heidelbergensi Bibliotheca Federici Com. Palatini, in Vaticanum post victoriam à Cæsare partam translata.

In Vaticanum victore à Cæsare fertur,
Heidelbergensis Bibliotheca sacrum;
Non expulsa petit Romanam sedibus Vrbem,
Pallas; demigrat nec peregrina loco:
A custode malo repetens sed prouida gazas,
Cedit, qui seruet sanctiùs, illa suas.

De D. Caroli Colosso in monte Arona à Federico Card. Borromæo erecto.

Aspice vt excelsa Caroli sub mole laborat,
Sustinet & felix pondus Arona pium.
Cede Rhodos palmam, Federico, machina maior
Quàm tuus, hoc celso monte, Colossus, ouat.
Quàm Caroli effigies Cælo est, & clarior Orbe,
Tam fama maior, vincet Arona Rhodum.

De eiusdem Colossi architecto qui Ludouicus nomine cognomento Farina nuncupatur.

In Caroli spolium succenso puluere tentat
Perfidus, ærata glande, Farina necem:
Vita, restituis mirando agalmate, cassum,
Aeternum lactis, & Ludouice facis;

Di-

Dissimili, similes certatis stemmate, mente,
Vnum diuersos & facit esse genus;
Cur non euentus dispar? Nequit ille quod audet,
Magna tuum pietas sorte secundat opus.

De Arona monte, in quo D. Caroli vtraque vita varijs in facellis, elegantissimis imaginibus, adumbrata visitur.

Hoc in secessu Caroli mens entheà Cælo
Sæpe tui rapta est vertice, Arona, iugi:
Picta colorato visuntur pegmate facta
Ter deno tanti fortia dia viri;
Ilicet excisis scateas solùm vndique saxis,
Sentibus & referas horrida tesqua tuis;
Attamen Alcinoi cedunt tibi culta vireta,
Mons mihi, præ cunctis delitiosus eris.

Rex Abassinorum nouus opera R. P. Societatis Iesu eiurato schismate fidem Catholicam amplectitur.

Spicula in Aethiopas Ignatius ignea vibrat;
Pectora iam gemini Sole perusta putes;
Cynthius hos vrit, feruentior vrit Iesus,
Hoc sobole Ignati; climate & illud habent.
Sic puros animo Cæli depascitur ignes
Nigricat inde solo, candicat inde polo.

In Iaponia multi Catholici lento igne martyrium alacri animo subeunt.

Crudelis Christi in sobolem Iaponia sæuit,
Corpora subiecto martyris igne cremat,
Et sensim lento torreri cernit ab igne,
Audit & in flammis carmina dia cani.
Grata ò quàm geminæ præbes spectacula turbæ,
Iapones spectant, indeque Cælicolæ.
Dispar spectandi tamen est vtrinque voluptas;
Hi rabiem satiant, gaudia cælicolæ.

De sa-

De sacello Deiparæ Virgini propè Fontem Felicem à Fr. Dominico Aragonen. Carmelita excalceato ob victoriam Boemam An. 1621. erecto.

Hostibus hoc victis exultat adorea Templo,
Et pendent magno signa bohema tholo,
Quàm benè, Virgo, sacrã ponit tibi, victor, & Aram,
Et vexilla aræ capta inimica sacrat,
Intulit impurus miles tibi bella Boemus,
Effigiem effodit qui ferus ense tuam.
En tetros hostes vicisti, cælica Pallas,
Cur non hic vltrix & tua dextra micet?

Osmani Turcharum Imper. Mahometis sepulchrum inuisere cupientis elusa superstitio cum à suis prætorianis militibus An. eod. strangulatur.

Ambustos cineres, feralis fulcra sepulchri
Visere vesani dum Mahometis auet,
Turcharum princeps Osmanus, sortis iniquæ,
Milite in insontem, fata furente subit:
Infelix Osmane cadis sic hostia, falso
Quemque colis Vati victima facta litas.

De poemate Heroi-Comico Alexandri Tassoni Situlæ Raptæ inscripto.

Quæ situla exciuit tantas direpta ruinas,
Prælia & incendit qualia Troia tulit;
Par Helenæ canitur Tassoni carmine Vatis,
Festiuo & lituo, prælia tanta sonant.
Ridibunda iocans, sic miscet seria ludis,
Inducit soccum Calliopeque grauis.
I, gemina Vates præcinctus tempora lauro,
Par ludis Plauto, digna Marone canis.

Ad

Ad Carolum Bossium Nobilem Mediolan. equitem Hierosolym. Mediol. in Collegio Congregationis S. Pauli, Bibliothecam Alexandrinam instruentem.

Dum, Carole, exornas libris conclauia Patrum,
Quos ornat pietas, diaque Pallas amat;
Quid facis? Hoc senior quod iusserat Atticus; illis
Palladium sacras, Pallada qui sapiunt,
Qui Musis fecere sacrum, Charitiq; litarunt:
Quam benè sunt patribus consona dona tuis.

De Vanlio Sinarum Rege, qui nascentem in eo Regno Christianam Religionem perdere nitebatur.

Trudit Christicolas dirus Rex Vanlius aris,
Vt litet impuro thura, Pagode, tibi.
Quid facis, infelix, vnum non credis Iesum,
Quam teneas aris, quem venerere, viam.
Syllaba dematur, falso quod numen adoras,
Quem tu vera colas, nunquid Iesus ὁδός?

De Rege eod. qui longæuus relicto hærede Tai Kamo, quod nomen Cælum apertum significat moritur.

Sinarum senio confectus Vanlius, Orcum
Rex sæuus; sæua morte furente petit.
Sceptra capit natus, sed & hęc bimestria, fatum
Hæredis Regnum haud longius esse sinit.
Symbola qui gestat Cæli Tai-Kamus aperti,
Post cæpit, felix omine, sceptra nepos;
Illius auspicio Regis crux aurea nempe
Reclusit sinis clauis amica Polum.

De plagis quas persequente Vanlio Ecclesiam ægyptiacis persimilibus sinicum Regnum expertus est.

Desine sanguineis mirari flumina lymphis,
Ostento Sinis currere fœda nouo;

Agmine

Agmine conferto, sæuas volitare locustas,
 Aethere, milleno & carpere dente sata;
Soricis infesti dirè bachando phalangem,
 Morsibus innumeram cuncta vorare feris;
Nubibus & densis Cælum tenebrescere sudum;
 In medio noctem vel nigricare die;
Persequitur Christi seruos Rex Vanlius, ista
 Annè nouus meruit cælica tela Pharao?

Sub eiusdem Regni Cælo duo per aera dracones pugnantes cernuntur cum illud Sarmata armis inuadunt.

Aethere Sinenses cernunt pugnare dracones,
 Sanguineum hic tergus, cæruleum alter habet.
Omina portendit sæuo sub Principe Cælum;
 Sed Christi miles postulat illa Deo.
Impius armata grassatur Sarmata dextra,
 Proque suis semis dimicat inde Deus.

Rex cum ab eorundem armis impetaretur Christianis postliminio restitutis Barbaros coercet.

Dum ferus in Sinas bacchatur Sarmata miles,
 Omnia quàque volat bellica flamma, vorat;
Vltricem demum tum Christo vindice dextram
 Sensit, Rex summi tela retorta Dei;
Regno pulsa Crucis reuocat vexilla, subinde
 Barbarus, ò mirum, protinus ecce fugit.

Resp. Genuensis alterum Italicæ libertatis decus Gallorum cæterorumque fœderatorum Principum armis oppressa D. Bernardum natione Gallum tutelarem sibi deposcit Anno sæculari 1625.

Irruit in Ligures, armato milite, Gallus,
 Aurea quaque volant lilia, & arma volant:
 Quid

Quid facient? nimium dispar est alea martis,
Fortior & Ligura Gallica Pallas adest.
Vota pio, Bernarde, vouent tibi pectore; mirùm
Protinus in Ligures Gallica cuspis hebet.

De quodam Gallorum Duce à Ponzemlaschis in sinu amasia capto.

Dulcia dum Liguris sudat sub prælia Gallus;
Cæcus, vt illaqueet, retia tendit Amor:
Improuisus adest, conferto milite, Mauors,
Aeris & horribili terra fragore sonat.
Retibus implicitum vincit Gradiuus amantem,
Hosti captiuum prodidit atque suo.
Lemnia (quid fæuit:) subeunt num retia menti?
Fallor, Zelotypus cum Venere esse putat.

Bredana Vrbis in Belgio munitissima Ambrosio Spinola obsidente deditio.

Vsus Mercurio Bredanam intercipit vrbem,
Haud græca Auriacus mente Sinone minor;
Cingit at hanc Heros, iusto, nunc Spinola, marte,
Milite milleno mænia, & ære, quatit;
Tota Europa licet sed contra se armet Iberum,
Obsessa ille potens vrbe potitus ouat.
O lauro, ò cedro dignus mauortius heros,
Non laus fraude hostes, marte, domare suos.

Vrbanus VIII. Palatium Pontificium Quirinale in arcem dirigit An. 1625.

Pastor, dum fortes Palatia vertis in arces,
Arx tota, Vrbane, haud, reddita Roma timet.
Hinc tonat horrendùm consurgens Aelia moles,
Hostiles temnunt mænia & inde minas.
Arx noua nunc celsa minitatur monte Quirini,
Romana auspicijs pectora tuta tuis;

Hoc

Hoc magnum, maius munimen, te auspice Roma
Læta tuæ, præsul, sed pietatis habet.

Franciscus Card. Barberinus Leoni III. Pontif. Max. sepulchrum in Basilica Lateran. ob Imperium ab eo Pontif. ad Europæos Principes translatum posuit.

Ornas, & renouas Magni monumenta Leonis,
Qui pius in Gallos transtulit imperium:
En bina in posito miror benefacta sepulchro,
Vtrinque & magnum stat pietatis opus.
Quàm iustè diadema sacrum mala perdidit Ellas,
Tam iustè pendit Gallia Pontifici;
Ista duo instauras, Francisce, hoc pegmate factâ,
Debuit hæc Heros maximus erigere.

Respublica Lucensis in bellico tumultu mænia munit anno 1625.

Cimerijs excita cauis, crebiq. profundo
Instrepuit rauca dira Megæra tuba,
Tum furit Ausonia, & totas Mars concitat vrbes,
Et volat armata Pallas iniqua face.
Caute sedes Lucensis ciuis, mænia munis,
Nil curas, liber dum moriare, pati.

In Prædones Olandos in Brasiliam excursos.

Incestat fœdus Batauus prædator amænam
Brasilij Baiam, diripit, atque capit.
Sacrilegus positas templis euertit & aras,
Impius incendit quidquid in Vrbe sacri.
Classis vbi aduentat parmato at milite Ibera,
Incepit timida vertere terga fuga.
Harpyæ fædant siccaræ schemata sponsæ
Christi; restituit protinus illa decus.

De

De Coniugio Ersilia Dadda Borromea cum Victorio Madruccio.

Excelso Heroi iucunda Ersilia nubit,
Madrucci, est vobis pronuba dia Charis:
Pectore, Gradiuum præfert, ore, alter amorem:
Pectore at hæc niueo est Pallas, & ore, Venus:
Heros spirat auos animo: Heroina parentes:
Coniugio hos grato quàm benè iungit Hymen.
Solum Alcida marem paries Ersilia prolem,
Si ibi sit partu fœmina, sola Charis.

De admirabili inuento R. P. Modesti Vicecomitis Ordinis Capucinorum, quo salicibus phrigia opera contexit.

Immutas salices pretiosa in vellera serum,
Illis & vario schemate ductis acum,
Dędale, quæ pandis diuinæ lumina mentis,
Ingenij quantas, Magne Modeste, faces,
Pallas aracnęos inuidit victa labores;
Vt visa hæreret Gorgone fracta tuis.

De conspicillo ductuli Galilai Mathematici Excellentissimi.

Per crystalla oculis longè traiecta fit absens
Præsens dædaleo visus imago tubo.
Non Galilęe mihi iam lyncea lumina quæram;
Feceris ingenio cum meliora tuo.

De Horologio hydrio in villa Pliniana apud larium lacum.

Lympha per exesum delabitur incita montem,
Area quam paruo colligit arcta loco:
Naturę, non artis opus miracula pandit,
Nam fluxu motum solis amica notat.
Phœbi mentitos vates dixisset amantem;
Arcanum, Plini, quod mihi docte aperis?

De Comite

De Comite Ioanne Serbellonio Mapalia ad R.;am Clauena lacus defendente.

Volturena, tuus miles te deserit, hosti
  Et sæuo infelix diripienda iaces:
Vna at in augusto solum spes licta mapali,
  Quo incolumi, renoues libera facta decus.
Seruat id inuictus tibi Serbellonius heros,
  Vnus & hostiles dissipat ille minas;
Prompta nec aduersis Naumachia proficit vndis,
  Sæpe etiam armatas terruit ille rates.
Proh virtus inuicta Ducis, quid mœnia, & arces,
  Tanto stat tutum si paleare Duce?

De coniugio Hieronymi Plati Comitis Carpignan & equitis S. Iacobi à Spatha cum lectissima Heroina Lucretia Capectia Galeota.

Hieronymo nubit præstans Lucretia forma,
  Platorum genio carmine plaudit Hymen.
Sponsa Dionęos vincit pulcherrima vultus,
  Regales animos pectore sponsus habet.
Sponso Parthenope, gaudetq; Insubria sponsæ
  Coniugio heroas vtraq; tollit auos:
Iungite concordes animos, erit incluta proles;
  Nam vobis cælo est pronuba facta Charis.

De Venerab. viro Antonio Pagnio Pusciniensi, qui vnà cum sacro à se instituto in patria sodalitio, Cleric. Reg. S. Pauli adscribitur, obijt sanctissimè.

E duce fis miles, Pagni, lectamque cohortem
  Sub Pauli prudens cælica signa trahis;
Quàm benè; maior enim tibi cedit adorea. Cælo,
  Vincere sub signis, quàm dare signa ducem.
Fers tamen en victor, Pagni, geminata trophæa,
  Vtrinque inuicti militis, atque ducis.

In obitu

In obitu Pannfitij Adolescentis Virginitatis domo insignis.

Hortis viuentum dum mors spatiatur amænis,
Floridulum cernit surgere liliolum :
Et teneras mirata comas, niueumq. nitorem,
Protinus est tantæ tacta decore niuis.
Atque ait, haud dignus terris es, flosculE,Diuum
Te poscunt superi sola vireta poli :
Hæc effata, vagum decerpit caudice florem
Pasnutum & propero pollicis vngue metit.

De Theatro ab Academicis Olympicis exædificato.

Nobilis assurgens emicyclo fulget arena ;
Sæpius hanc ludens, Socce, Cothurne teris :
Extruere at poterat luctator Olympicus, atque
Hoc solum Eudoxus fingere Palladius ;
Spectatrix trueris sed cum Vincentia sola ;
Dramata tu solùm Roma secunda dabis.

De Theatro à Ciuibus Veronensibus reparato.

Nobilis antiquum reparat Verona theatrum,
Vrbis & illustri surgit arena loco.
Egregio hoc facto, quàm præstas æmula Romæ,
Diruit illa suum, perpolis ipsa tuum.
Natiua viuit facie sic cana vetustas :
Area virtutis ciuibus ampla patet.

De obitu Bernardini Bonfadij Sac. Congregationis Somaschæ viri eruditissimi.

Vitæ discindunt, Bonfadi, stamina Parcæ
Quàm properè euh nimium, cādida dum fluerent;
Ingemuit cythara fatum pullatus Apollo,
Indoluit mærens atquè Helicone chorus :

R Omnibus

Omnibus hoc vno at visum mage funus acerbum;
Docta simul tumulo quòd tua scripta iacent.

Perdita ætas.

Hic viden vt primo rident rorantia mane
Aemula pæstanis lilia mista rosis?
Vt circum Tempe depingunt gramina risu,
Et miniant pictum florida prata solum?
Languida vernantem deponent lilia honorem
Protinus & claro sole fatiscet humus.
Ridet primæuo vernans sic flore iuuentus,
Mox iacet enormi cana senecta situ.

De ænea statua Alexandro Farnesio Duci à Placentinis erecta.

Magnus Alexander spirat Farnesius Heros
Gradiuo hac similis viuus in effigie.
Bellator quem Belga timet; cui Roma parentat:
Subdidit hic fasces; credidit ista suos.
Stant celsi monumenta Ducis; Placentia ponit;
Virtuti, & Patriæ consecrat illa Patri.

De Palatio Abbatis Gallij è Musæo Pauli Iouij.

Aedes Musarum reparat dum Gallius Abbas,
Musis delicias, blanditias ve facit.
Struxerat has doctus peramæna Iouius ora,
Incita quam placidi verberat vnda lacus.
Pegaseæ incipiunt fieri dum largius vndæ
Hic Musæ, hic dulci Phœbus adesse lyra;
Expulit has bello latium dum fœdat Enyo:
Diruta Musæi & tecta stetere diu:
Gallius at reuocat, meliores pandit & ædes;
Musæo maius restituitque decus.

De statua

De statua marmorea quam in Foro mercatorum Mediolani I. C. collegium, pro Iustitia simulachro, Magno Philippo II. Hispaniarum Regi posuit.

Effigie eniteas quòd Magni, Astrea, Philippi
Regis, percelebri conspicienda Foro;
An tuus hoc prudens effecit iure Senatus,
Erexit Regi cum monumenta suo,
Vixisti in Magno, dum viueret ipse, Philippo,
In tua & is viuit mortuus effigie.

De altera statua marmorea equestri à Rep. Mediolanen. Oldrado Trissino ob exustos Hæreticos Catharos in eod. Foro Anno ab hinc nonaginta tribus supra trecentos erecta.

Expellis Catharos, ornas cumulatiùs Vrbem,
Oldrade, his pulsis, mundior illa nitet:
Scilicet ἀκάθαρος Catharus, totam inquinat; ergo
Vrbs Catharo exacto, te Duce, fit Κάθαρα.
Aeternum, Fidei Vindex, iam viue per æuum,
Trissin e, & hæc laudis sint monumenta tuæ.

In Pasquilli statuam.

Inclyte cum superes Momos, Pasquille, dicaces
Cur tot membra, fero vulnere, trunca geris?
Inuidit fortuna tamen non improba fortem,
Cum linguam liquit, cum vigiles oculos;
Vel sine naso etiam benè, Pasquille, olfacis omne,
Collimas manibus vel sine tela tuis.

In funere cuiusdam Rhadamantai doctoruli.

Euolat aereo, disrupto carcere, cliuo,
En, Zaleuce, tuus, vir studiose, animus;

Pascitur & puro diuini nectaris haustu,
Atque Polo felix expatiatur ouans:
Quòd tua si lacrimis decoramus funera nullis,
Haud mirum, cupimus, mens tua quod cupit.

Eiusdem Argumenti.

Pallida, Zaleuci, metita est tempora vitæ,
Atropos, vt stamen desijt esse colo,
Ah nimium properè Lachesis sed vellera neuit,
Lentiùs an poterat ducere fila manu?
Non poterat, Ditis dictante hoc numine, duras
Mutet vt in sontes cum Rhadamante vices.

Eiusdem argumenti.

Forte, virum Momus dum nerent stamina Parcis
Morsibus assistens verba iocosa dabat;
Illectæ salibus dum segniùs illa retorquent,
Zaleuci ecce fluunt, pensa relapsa colo:
Ille obit, at constans stygijs vbi constitit vmbris,
Irrius mox Parcas ad Rhadamanta vocat.

In Atheo-politi.

Zanclæum perpessa est olim vrbs clara Pachini,
Et qui mortales sperneret, atque Deos:
Nuper cænosa manauit & ἄθεος vnda,
Ophiuchus, lingua, dira venena vomens.

In Federicum Comitem Palatinum sacram Christi cruci affixi imaginem irridentem.

Irrides Christi, Federice, agalmata sannis,
Atque etiam mimis pergis inire iocis.
Quòd

Quòd nuda, & pluuios exceperent largiùs imbres,
Λέπροχος infami perfidus ore vocas.
Non crimen noscis? pœna vel vindice, disce,
Erro quid à regno pulse vagaris inops?

Ad Clariss. Leonardum Mozenicum Nob. Venetum.

Anagrammatismus.

LEONARDVS MOZENICVS Patritius Venetus.

Tu leo es inuictus, durans omen, vis Patriæ.

Egregios foueas excelso vt pectore sensus,
Quid Leonarde, tuos iam tibi fingis auos?
Te tibi finge animo, generoso è nomine, honoris
Tu tibi vibrabis spicula, tela, faces.
Magnum omen Patriæ es, Durans tu gloria in æuum,
Vis tuta, Inuictus pectore, corde Leo.

De Bruschina Catella in partu Mollita Catella defuncta.

Bruschinæ quid sæua negat Lucina Catellæ,
Dum parit, vt pateant pondera ventris, opem?
Pulchrior hac nulla, hac nulla & festiuior vnquam
Aut Domino, & Dominæ gratior esse potis.
Inuidiæ in causa est, cælesti hæc æmula partum
Sit catulo similem, quòd paritura, necat.

Agmine conferto, sæuas volitare locustas,
Aethere, milleno & carpere dente sata;
Soricis infesti dirè bachando phalangem,
Morsibus innumeram cuncta vorare feris;
Nubibus & densis Cælum tenebrescere sudum;
In medio noctem vel nigricare die;
Persequitur Christi seruos Rex Vanlius, ista
Annè nouus meruit cælica tela Pharao?

Sub eiusdem Regni Cælo duo per aera dracones pugnantes cernuntur cum illud Sarmata armis inuadunt.

Aethere Sinenses cernunt pugnare dracones,
Sanguineum hic tergus, cæruleum alter habet.
Omina portendit sæuo sub Principe Cælum;
Sed Christi miles postulat illa Deo.
Impius armata grassatur Sarmata dextra,
Proque suis seruis dimicat inde Deus.

Rex cum ab eorundem armis impetaretur Christianis postliminio restitutis Barbaros coercet.

Dum ferus in Sinas bacchatur Sarmata miles,
Omnia quàque volat bellica flamma, vorat;
Vltricem demum tum Christo vindice dextram
Sensit, Rex summi tela retorta Dei;
Regno pulsa Crucis reuocat vexilla, subinde
Barbarus, ò mirum, protinus ecce fugit.

Resp. Genuensis alterum Italicæ libertatis decus Gallorum cæterorumque fœderatorum Principum armis oppressa D. Bernardum natione Gallum tutelarem sibi deposcit Anno sæculari 1625.

Irruit in Ligures, armato milite, Gallus,
Aurea quaque volant lilia, & arma volant:

Quid

Quid facient? nimium dispar est alea martis,
Fortior & Ligura Gallica Pallas adest.
Vota pio, Bernarde, vouent tibi pectore; mirùm
Protinus in Ligures Gallica cuspis hebet.

De quodam Gallorum Duce à PonZemlaschis in sinu amasia capto.

Dulcia dum Liguris sudat sub prælia Gallus,
Cæcus, vt illaqueet, retia tendit Amor:
Improuisus adest, conferto milite, Mauors,
Aeris & horribili terra fragore sonat.
Retibus implicitum vincit Gradiuus amantem,
Hosti captiuum prodidit atque suo.
Lemnia (quid fæuit:) subeunt num retia menti?
Fallor, Zelotypus cum Venere esse putat.

Bredanæ Vrbis in Belgio munitissimæ Ambrosio Spinola obsidente deditio.

Vsus Mercurio Bredanam intercipit vrbem,
Haud græca Auriacus mente Sinone minor;
Cingit at hanc Heros, iusto, nunc Spinola, marte,
Milite milleno mœnia, & ære, quatit;
Tota Europa licet sed contra se armet Iberum,
Obsessa ille potens vrbe potitus ouat.
O lauro, ô cedro dignus mauortius heros,
Non laus fraude hostes, marte, domare suos.

Vrbanus VIII. Palatium Pontificium Quirinale in arcem dirigit An. 1625.

Pastor, dum fortes Palatia vertis in arces,
Arx tota, Vrbane, haud, reddita Roma timet.
Hinc tonat horrendùm consurgens Aelia moles,
Hostiles temnunt mœnia & inde minas.
Arx noua nunc celsò minitatur monte Quirini,
Romana auspicijs pectora tuta tuis;

Hoc

Hoc magnum, maius munimen, te auspice Roma
Læta tuæ, præsul, sed pietatis habet.

Franciscus Card. Barberinus Leoni III. Pontif. Max. sepulchrum in Basilica Lateran. ob Imperium ab eo Pontif. ad Europæos Principes translatum posuit.

Ornas, & renouas Magni monumenta Leonis,
Qui pius in Gallos transtulit imperium:
En bina in posito miror benefacta sepulchro,
Vtrinque & magnum stat pietatis opus.
Quàm iustè diadema sacrum mala perdidit Ellas,
Tam iustè pendit Gallia Pontifici;
Ista duo instauras, Francisce, hoc pegmate facta,
Debuit hæc Heros maximus erigere.

Respublica Lucensis in bellico tumultu mænia munit anno 1625.

Cimerijs excita cauis, erebiq. profundo
Instrepuit rauca dira Megæra tuba,
Tum furit Ausonia, & totas Mars concitat vrbes,
Et volat armata Pallas iniqua face.
Caute sedes Lucensis ciuis, mænia munis,
Nil curas, liber dum moriare, pati.

In Prædones Olandos in Brasiliam excursos.

Incestat fœdus Batauus prædator amænam
Brasilij Baiam, diripit, atque capit.
Sacrilegus positas templis euertit & aras,
Impius incendit quidquid in Vrbe sacri.
Classis vbi aduentat parmato at milite Ibera,
Incępit timida vertere terga fuga.
Harpyæ fædant siccaræ schemata sponsæ
Christi; restituit protinus ista decus.

De

De Coniugio Ersiliæ Daddæ Borromeæ cum Victorio Madruccio.

Excelso Heroi iucunda Ersilia nubit;
Madrucci, est vobis pronuba dia Charis;
Pectore, Gradiuum præfert, ore, alter amorem:
Pectore at hæc nimeo est Pallas, & ore, Venus:
Heros spirat auos animo: Heroina parentes:
Coniugio hos grato quàm benè iungit Hymen.
Solum Alcida marem paries Ersilia prolem:
Si ibi sit partu fœmina, sola Charis.

De admirabili inuento R. P. Modesti Vicecomitis Ordinis Capucinorum, quo salicibus phrigia opera contexit.

Immutas salices pretiosa in vellera serum,
Illis & vario schemate ducis acum,
Dędale, quæ pandis diuinæ lumina mentis,
Ingenij quantas, Magne Modeste, faces;
Pallas aracnęos inuidit victa labores;
Vt visa hæreret Gorgone fracta tuis.

De conspicillo ductuli Galilæi Mathematici Excellentissimi.

Per crystalla oculis longè traiecta fit absens
Præsens dædaleo visus imago tubo.
Non Galilęe mihi iam lyncea lumina quæram;
Feceris ingenio cum meliora tuo.

De Horologio hydrio in villa Pliniana apud larium lacum.

Lympha per exesum delabitur incita montem,
Area quam păruo colligit arcta loco:
Naturę, non artis opus miracula pandit,
Nam fluxu motum solis amica notat.
Phœbi mentitor vates dixisset amantem;
Arcanum, Plini, quod mihi docte aperis?

De Comite

De Comite Ioanne Serbellonio Mapalia ad R..am Clauenæ lacus defendente.

Volturena, tuus miles te deserit, hosti
Et sæuo infelix diripienda iaces:
Vna at in augusto solum spes licta mapali,
Quo incolumi, renoues libera facta decus.
Seruat id inuictus tibi Serbellonius heros,
Vnus & hostiles dissipat ille minas;
Prompta nec aduersis Naumachia proficit vndis,
Sæpe etiam armatas terruit ille rates.
Proh virtus inuicta Ducis, quid mænia, & arces,
Tanto stat tutum si paleare Duce?

De coniugio Hieronymi Plati Comitis Carpignan & equitis S. Iacobi à Spatha cum lectissima Heroina Lucretia Capecia Galeota.

Hieronymo nubit præstans Lucretia forma,
Platorum genio carmine plaudit Hymen.
Sponsa Dioneos vincit pulcherrima vultus,
Regales animos pectore sponsus habet
Sponsæ Parthenope, gaudetq. Insubria sponsæ
Coniugio heroas vtraq. tollit auos:
Iungite concordes animos, erit inclyta proles;
Nam vobis cælo est pronuba facta Charis.

De Venerab. viro Antonio Pagnio Pescinensi, qui vnà cum sacro à se instituto in patria sodalitio, Cleric. Reg. S. Pauli adscribitur, obijt sanctissimè.

E duce sis miles, Pagni, lectamque cohortem
Sub Pauli pridens cælica signa trahis;
Quàm bene; maior enim tibi cedit adorea. Cælo,
Vincere sub signis, quàm duce signa ducem.
Fers tamen en victor, Pagni, geminata trophæa,
Vtrinque inuicti militis, atque ducis.

In obitu

In obitu Panufitij Adolescentis Virginitatis domo insignis.

Hortis viuentum dum mors spatiatur amœnis,
Floridulum cernit surgere liliolum:
Et teneras mirata comas, niueumq. nitorem,
Protinus est tantæ tacta decore niuis.
Atque ait, haud dignus terris es, flosculle, Diuum
Te poscunt superi sola vireta poli:
Hæc effata, vagum decerpit caudice florem
Pafnutum & propero pollicis vngue metit.

De Theatro ab Academicis Olympicis exadificato.

Nobilis assurgens emicyclo fulget arena:
Sæpius hanc ludens, socce, Cothurne teris:
Extruere at poterat luctator Olympicus, atque
Hoc solum Eudoxus fingere Palladius;
Spectatrix trueris sed cum Vincentia sola;
Dramata tu solùm Roma secunda dabis.

De Theatro à Ciuibus Veronensibus reparato.

Nobilis antiquum reparat Verona theatrum,
Vrbis & illustri surgit arena loco.
Egregio hoc facto, quàm præstas æmula Romæ,
Diruit illa suum, perpolis ipsa tuum.
Natiua viuit facie sic cana vetustas:
Area virtutis ciuibus ampla patet.

De obitu Bernardini Bonfadij Sac. Congregationis Somascha viri eruditissimi.

Vitæ discindunt, Bonfadi, stamina Parcæ
Quàm properè euh nimium, cādida dum fluerent;
Ingemuit cythara fatum pullatus Apollo,
Indoluit mærens atquē Helicone chorus:

R Omnibus

Omnibus hoc vno at visum mage funus acerbum;
Docta simul tumulo quòd tua scripta iacent.

Perdita ætas.

Hic viden vt primo rident rorantia mane
Aemula pæstanis lilia mista rosis?
Vt circum Tempe depingunt gramina risu,
Et miniant pictum florida prata solum?
Languida vernantem deponent lilia honorem
Protinus & claro sole fatiscet humus.
Ridet primæuo vernans sic flore iuuentus,
Mox iacet enormi cana senecta situ.

De ænea statua Alexandro Farnesio Duci à Placentinis erecta.

Magnus Alexander spirat Farnesius Heros
Gradiuo hac similis viuus in effigie.
Bellator quem Belga timet; cui Roma parentat:
Subdidit hic fasces; credidit ista suos.
Stant celsi monumenta Ducis; Placentia ponit;
Virtuti, & Patriæ consecrat illa Patri.

De Palatio Abbatis Gallij è Musæo Pauli Iouij.

Aedes Musarum reparat dum Gallius Abbas,
Musis delicias, blanditias ve facit.
Struxerat has doctus peramæna Iouius ora,
Incita quam placidi verberat vnda lacus.
Pegaseæ incipiunt fieri dum largius vndæ
Hic Musæ, hic dulci Phæbus adesse lyra;
Expulit has bello latium dum fædat Enyo:
Diruta Musæi & tecta stetere diu:
Gallius at reuocat, meliores pandit & ædes;
Musæo maius restituitque decus.

De statua

De statua marmorea quam in Foro mercatorum Mediolani I. C. collegium, pro Iustitia simulachro, Magno Philippo *II. Hispaniarum Regi posuit.*

Effigie eniteas quòd Magni, Astrea, Philippi
Regis, percelebri conspicienda Foro;
An tuus hoc prudens effecit iure Senatus,
Erexit Regi cum monumenta suo.
Vixisti in Magno, dum viueret ipse, Philippo,
In tua & is viuit mortuus effigie.

De altera statua marmorea equestri à Rep. Mediolanen. Oldrado Trissino ob exustos Hæreticos Catharos in eod. Foro anno ab hinc nonaginta tribus supra trecentos erecta.

Expellis Catharos, ornas cumulatiùs Vrbem,
Oldrade, his pulsis, mundior ista nitet:
Scilicet ἀκάθαρος Catharus, totam inquinat; ergo
Vrbs Catharo exacto, te Duce, fit Κάθαρα.
Aeternum, Fidei Vindex, iam viue per æuum,
Trissine, & hæc laudis sint monumenta tuæ.

In Pasquilli statuam.

Inclyte cùm superes Momos, Pasquille, dicaces
Cur tot membra, ferò vulnere, trunca geris?
Inuidit fortuna tamen non improba sortem,
Cum linguam liquit, cum vigiles oculos;
Vel sine naso etiam benè, Pasquille, olfacis omne,
Collimas manibus vel sine tela tuis.

In funere cuiusdam Rhadamantai doctorculi.

Euolat aereo, disrupto carcere, cliuo,
En, Zaleuce, tuus, vir studiose, animus;

Quòd nuda, & pluuios excepèrent largiùs imbres,
Ἀέτροκος infami perfidus ore vocas.
Non carmen noscis? pæna vel vindice, disce,
Erro quid à regno pulse vagaris inops?

Ad Clariss. Leonardum Mozenicum Nob. Venetum.

Anagrammatismus.

LEONARDVS MOZENICVS Patritius Venetus.

Tu leo es inuictus, durans omen, vis Patriæ.

Egregios foueas excelso vt pectore sensus,
Quid Leonarde, tuos iam tibi fingis auos?
Te tibi finge animo, generoso è nomine, honoris
Tu tibi vibrabis spicula, tela, faces.
Magnum omen Patriæ es, Durans tu gloria in æuum,
Vis tua, Inuictus pectore, corde Leo.

De Bruschina Catella in partu Mellita Catella defuncta.

Bruschinæ quid sæua negat Lucina Catellæ,
Dum parit, vt pateant pondera ventris, opem?
Pulchrior hac nulla, hac nulla, & festiuior vnquam
Aut Domino, & Dominæ gratior esse potis.
Inuidiæ in caussa est; cælesti hæc æmula partum
Sit catulo similem, quòd paritura, necat.

De eadem in partu Mellita Catella defuncta.

Fęta parente, parens partum Bruſchina catella
Vita enixa grauem protinus occubuit.
An quia depoſcat commiſſi criminis vltrix
Irata has pœnas effera parca necat?
Non ita: ſed natura fugalis contraria demit:
Si Mellita oritur, Bruſca ſuperſtes erit?

In effigiem Mercurij & Palladis ſe complectentium cum hoc græco programmate Μακάριος ὃς δὶς ὤτιάν καὶ νοῦν ἔχειν.

Nuncius hic reſident Hermes, atque innuba Pallas;
Amplexu & cingunt mutua colla manu:
Anguibus implicitis, geminiſque volucribus alis,
Læua, prudentis ſymbola vera gerit;
Hæc viridem pandit ramum vernantis oliuæ,
Quòd Dea telluris prodiga donet opes.
Iungantur, vitæ curſus donentq. ſecundos;
Omnes nimirum mens opulenta beat.

De Muliere quæ elegit mori, quàm abortum medicamentis procurare, dum grauiter partu laboraret.

Si dare non poſſunt ſine funere viſcera partum;
Vita ſine & partu ni potis eſſe mihi:
Deligo, quod malim, cum ſit reparabile damnum;
Viuere dulce mihi, ni ſine morte, foret.
Dimidium iam vade animi, ò anime, exero partum,
Funeris, hoc pretium, viuere poſſe, mei.

Spei ſimulachrum.

Elpidos effigies hæc eſt, quid languida mæret?
Annè virens olim pinxerat ora decor?

Anxia

Anxia spes agitat mentem, iungatur amaror,
Et spes inficiet tristis amara, genas.
Desidiosa sedet, cur nam? sitibunda futuri,
Illa animum pascit, sic dubiosa sedet.

Malorum societas vitanda.

Repeat humi, lentos, tecti benè prouida gressus
Testudo, tactas occulit atque manus;
Concaua busta gerens & spernit tuta clientes,
Noxia non alijs, & benè fida sibi.
Quid tibi cum socijs prauis? si solus oberres
Non tibi societas noxia damna feret.

Abstinendum à muneribus.

Incautus piscis placidis lasciuit in vndis,
Et captat fructus effugientis aquæ,
Blanda dolo demorsa capit medicata veneno
Fercula, nil lethi conscius, amne, sui.
Vt quid tu dextram mentiti muneris auro
Spondes? quàm donis sæpe venena latent.

In Hypocritam.

Cui facies vultu pallenti decolor errat,
In formis macies extenuatque cutem;
Aspice quàm recti mentitur imagine vultum,
Fallit & attrita fronte lupinus oues?
Què vultu incedet virtus velamine recti,
Si improbitas tecta ludit in effigie?

In tabulam Veneris & Martis excellentissimi Pictoris Iosephi nuncupati à schiopo.

Martis vt in tabula amplexu pulcherrima pictam
Se forte æthereo vidit ab axe Venus

Et roseos noscens vultus, & lumina frontis,
Et cestum niueo diradiare sinu,
Adstitit, obtutuq. sui, pictæq. tabellæ
Sæpiùs ancipiti fallitur acta oculo.
Ars si mentitum motum daret ipsa colori;
Se rete hoc iterum crederet implicitam.

De Febronia Trissina ordinis S. Benedicti, quæ omnium prima auctoritate Clem. VII. sanctimoniales ad anachoreticam vitam traduxit.

Linquens claustra petit tacitum Febronia Eremum,
Et syluas prudens anachoreta colit:
Cælica facta sacrat flagrantia pectora Iesu,
Et cælo hic viuit nescia Virgo soli:
Grandia virgineo claudit, quàm pectore corda
Flammas diuinus quàm ciet intus amor?
Dicere, romuleæ similis, Febronia, Paulæ;
Vtrisque est pietas par generosa animi:
Maior at hoc vno: hæc solymæ quæsiuit eremos;
Mascula, in hos patrios, fęmina, vertis agros.

De Sulpitia Trissina, quæ nobili viro Raynonia gentis nupta felicem peperit Martyrem Vicentinum.

Martyris inuicti genitrix Sulpitia felix
Felicis tollit Trissineum alma genus:
Candida laudatæ cælo dant lilia tedæ;
Quid cum purpureas donet & ista rosas?

De Victoria Trissina ordinis S. Dominici, cuius corpus post annos multos à funere, exhumatum integrum repertum odorem suauissimum exhalabat.

Illecebras sensus Victoria Trissina vincens,
Aedibus in celsis paruula tecta colit,

Sola Deo viuens cælo ad connubia Iesu
Vsque sui cordis lampada adornat amans;
Quæris an æthereas quatiat nunc inclyta tedas?
Fragrant, exuuijs lilia mista rosis.

De corde rapto à Iesu D. Catharinæ Senensi.

Cor mihi non est, qui mihi me ipsam surripit, illud
Qui terebrat pectus, dulcis Iesus habet.
Hæc spolia à victa dices, an pignora prædæ,
O victor cordis, vel mage prædo mei.
Si victor, vinci; si prædo, surripe totam;
Victa colam, furem non sine corde meum.

Ad Stigmata Iesu.

Auræ quæ nam, Christe, tu o flant pectoris antro,
Quæ Zephiri à plantis sentio flabra tuis?
O vtinam propiùs possem rimarier, illo
Quæq. latent sacro dona notare specu,
Cælica apis fierem, crebro studiosa volatu,
Quàm docta à tantis sugere mella fauis.

In obitu Philippi Ferrarij seruorum B. M. Virg. Vicarij Generalis.

Vitali doctus viduatur luce Philippus,
Funerea & visum corpus inane pyra:
Cum mærens lacrymis doleat quæ præfica funus,
Lis inter multos orta repente grauis;
Quam coluit pullata obitu Tritonia luget,
Atratis musis Cytraque mæsta gemit.
Descriptus radio, & calamo luxisset & orbis,
Relligio lacrymas visa ciere pias;
Quin cæli proceres, cælo pòst fata triumphus,
Lugere & prompti, ni vetuisset, erant.

Ad Io. Baptistam Dardanonum Medicum peritissimum.

Pæonia quot, Dardanone, rapis doctissime ab orco?
Quot vitæ efflantes reddis & arte animas?
Scindere completo duræ dum vellera Parcæ
Aeui ducta colo pollice fila parant,
Vt reuocant iterum renouato stamine pensum,
Teque implent rursus, nere iubente, colum?
Sæpe grauis positus vario vt discrimine morbi,
Sensit se Aeolidem, sensit & Hyppolitum?
Mors sæpe & duram vibraret pallida falcem,
Inferretq. necem; sed tua philtra timet.

Forma corporis sine animi pulchritudine, nihil.

Finge genis vernare rosas, vbi lilia certent;
Aridulis labris rubra coralla micent;
Hæc mihi componat iucunda modestia & oris;
In menti læua fac gelasinus hiet;
Ponat & in pulchra facie Venus æmula næuum,
Paruus vbi intenta cuspide sistat amor;
Albo oculi in medio stellatus nigricet orbis,
Inq. supercilium gratior Iris eat;
Frontem castiget iucundus margine læuor;
Et spirent flauis balsama odora comis.
Corporis à tereti collo procera venustas,
Forma mihi assurgens vna sit & Charitum;
Sordeat ast animus: Zenone haud iudice, pulchra,
Sed deformis erit dira Megera mihi.

De Thrace puero ex Græco.

Non bene hyperboreũ glacialem strinxerat Hebrum
Frigus, cum gelidas Thrax puer intrat aquas,
Dum salit incautus per vitrea marmora plantis,
Decidit, & scindit lactea colla gelu:

Hæc

Hæc dedit inferijs genitrix lacrymosior, igni
Ista dedi, dixit, cætera flumen habe.

Aliud.

Dum super egelidum marmor Thrax ludit in Hebro,
Non benè compactas frigore rupit aquas,
Gurgitis hinc collum fluitantia frusta rescindunt,
Pectus mox imis præcipitatur aquis;
Tum lacrymosa parens crudeli in funere, dixit:
Tu, caput, in flamma: Pectus, in amne flue.

Aliud.

In glaciem nondum brumis vrgentibus Hebrus
Iuerat, incautus cum puer intrat aquas;
Marmore sed rupto, fertur male pectus in ima,
Frusta caput scindunt irrequieta gelu.
Hoc tumulo queribunda parens dum condit, amaro
Quid fletu; dixit, flumina flamma nocent?

Aliud.

Non hyemalis adhuc benè bruma coegerat Hebrũ,
Cum puer impressit tristia signa pede;
Alueus hinc pectus traxit diuisus in imum,
Frusta secant niueum conglaciata caput.
Inuentũq; igne cremat Genitrix, lacrymisq; parẽtans
Cur, ait, oppositis mors geminata venis?

Aliud.

Non tam diriguit glaciato marmore flumen
Vt puer immotas experiatur aquas;
Pectore at infelix fluuij petit ima, reuulsum
Insistit dorso gurgitis atque caput.
Dum tumulo hoc condit Mater, nunc ardeat, inquit,
Igne caput, pectus dum populantur aquę.

Aliud.

Aliud.

Dum puer infirmas oneri disterminat vndas,
Quas nondum solidas bruma gelata dedit,
Præcipiti pectus fracto diffinditur amne,
Et scindit durum candida colla gelu:
Hæc inuenta rogo Genitrix composuit, & inquit;
Ah pereant, flamma, quæ negat vnda sibi.

De puero Tybri submerso.

Feruebat cælo torrenti luminis igne
Cynthius, herculeus cum Leo adurit agros;
Cum puer incautus Tybris se immittit in vndas:
Non bene doctus adhuc credere membra vadis.
Mergitur heu fluuij fundum rendulus in imum,
Præpropteram infelix & bibit amne necem
Vt Genitrix nouit, lacrymata; hæc præfica fumus;
Vt quid, ait, Tybri pignora cara dedi.

De Puero Tibri dum immergat eius patentibus aquis erepto.

Tybris in vndanti fluctu deuoluitur Infans,
Mergitur; hunc reuocat sed pia lympha vado:
Nescit aquis nondum retinere natatile corpus;
Imo illum flumen non recipit in sinu:
Inconstans non ergo iuuas fortuna, vel obstas;
Turbas ipsa vadis, eripis ipsa vadis.

De vanitate Speculi.

Reddita quæ speculo vultus spectatur imago;
De facie est facies, deq. colore color;
Noli blandiri, dum ludit imagine ficta,
Ne sis Narcisus dum caperetur aqua:
Vt vitro fugiunt, te discedente, colores;
Aetate, & morbo sic tua forma fugit.

In Zoilo-Momum.

Blacterat, infrendit, ringit, truculentus & omnes,
Ore, nouus Momus vipera, dente, petit;
Carpere demissos heroas ludus olympo,
Carpere de summo Castalijsque datos:
Ardelio, bubo, coruus, lupus, vpupa, blatta.
Lima, harpago loquax, omnibus esset cupit;
Impius haud parcit linguaque illudere sacris,
Nulli non latrans insidiosus homo.
Vt nũc mordentẽ hunc doctus benè lancinat omnis?
Sed forsan cribris obstrigilandus erit.

In Maledicum.

Parua thymo constipat apis quæ dulcia mella,
Ex fimo tardi creditur orta bouis:
Crabronem sonipes, vespas & gignit asellus;
Ignauus mulum fucus habetq. patrem.
Non tibi mel lingua, sed cuspis morsus acerbi.
Ex istis verus quis tuus ergo parens.

Ad suam Musam Auctor.

Musa, quid in variũ modulata hęc carmina vulgus
Edis? num thyrsos, num fera tela times?
Sat fuerat cecinisse labor; sat gloria cantus
Auditum à Musis inque Helicone melos:
I tamen; auriti si ringant, despice, Midæ;
Spicula, vel vibret Momus acerba loquax:
Candidus excipiet sapiens; ni carmine, at ausu,
Dum recinis famam, Musa, melcta dabit.


Ad

Alexandri Rinaldi Lucensis Congregationis Somascha.

Aethereas penetrasse domos, & Apollinis ignes
Non, Francisce, sat est eripuisse sacros?
Quin totum phœbea libet fudisse per orbem
Dona, quibus famam candida musa sacrat?
Sic benè par surgis dio, Francisce, Prometheo:
Nulla tuum mordet sed fera pectus auis.

FINIS.





Ad Candidum Lectorem.

MEletas dedimus, Candide lector, vtinam potius mel; pomeridianis horis, in somno, & æstu, hæ mihi flabella: tibi verò, quid? Aedon? faxit, ni musa, humanitas tua. Id te monitum tamen volo, in nominibus proprijs vsum me licentia poetis concessa; quin in quibusdam vocibus, quas, communi regula seruata, hexametrum carmen reijciebat. Itaque minimè supinam oscitantiam in his, & alijs, damnes Epimenida. Apicios Nouaria Elisabeth. Veronica. In hac vltima dictione secutus sum prolationem Italicam. Vocem secularis bis produxi in medio.

Quæ vero irrepserunt errata (quæ sunt perpauca, nacti enim sumus solertissimum, & optimum typographum) deprauãtia vel sensum, vel carmen dele, & hæc suppone.

pag.4.l.20. *receptum.* p.10.l.24. *contectus.* p.15.l.28. pro mellifluo, muta, *suaui.* p.51.l.30. *Roma.* pag. 60. l.29. *pietas*: p.83.l.13. *insignes.* pag.90.l.12. *leuibus.* p.101.l.31. *plaudit.* p.132.l.11. *nascente.* p.174. l.23. *quodcunq;.* p.207. v. 5. *hostes* pag. 211. v.14. *laudes.* p.217. v:20. *purpuret.* pag.218.v.1. *auspicijs.* 246.v.9. pietas. p. 198. v.7. *suspiras.* p. 240. Muta pro Augustino *Fabricio* C*onturbio Christophori Conturbij filio.* 248.v: 5. dele *iam.* si libet p.249. v. 14. *gemino.*

MEDIOLANI,
Apud Carolum Antonium
Malateſtam,
Impreſſorem Regium Cameralem.

Ad inſtantiam Io.Baptiſtæ Cerri.
Anno ſalutis.
1627.



